

# PSEUDOLUS NOSTER

A Beginners' Latin Course

PART TWO

BY

C. W. E. PECKETT, M.A.

*Headmaster, The Priory School, Shrewsbury*

AND

A. R. MUNDAY, M.A.

*Headmaster, Tudor Grange Grammar School, Solihull*



PRINTED AND PUBLISHED BY  
WILDING AND SON LTD.  
CASTLE STREET, SHREWSBURY

*First published 1950*  
*Fifth edition 1964*

*Also by*

C. W. E. PECKETT and A. R. MUNDAY

THRASYMACHUS

A BEGINNERS' GREEK COURSE

*Printed and Published by*

WILDING AND SON LIMITED

CASTLE STREET, SHREWSBURY, ENGLAND

## PREFACE

PSEUDOLUS NOSTER completes the course begun by its predecessor, PRINCIPIA. This course aims at giving pupils a sound working knowledge of the Latin language, so that they can write, speak and, above all, read it with reasonable ease, and can tackle the original texts with some confidence.

The two books cover about seven terms' work, after which the pupils should be able to begin reading Caesar and Virgil not only with reasonable ease but also with enjoyment. They should also, after a further two terms of consolidation and revision, be able to begin continuous Prose Composition.

This book follows the basic principles of its predecessor. It treats the language as something to be spoken as well as written, it tries to build the unknown upon the known, it seeks to teach only one thing at a time and in an order which usage seems to demand, and it prefers the example to the rule. It goes a step further and, by touching on Roman background here and there and by introducing it more purposefully in the plays used for revision, bridges the gap between the intentionally youthful and modern atmosphere of PRINCIPIA and the material of the original texts which are to follow. Thus, while the material for the stories about Pseudolus is derived in the main from the roguish adventures of Till Eulenspiegel, the plays are based upon Roman myth and history.

We repeat that although this book is designed to bring Latin within the ken and tastes of pupils living in the twentieth century, it is not an attempt to abolish the discipline of hard work.

This book, like its predecessor, is arranged in eight parts. The first contains the basic reading material with the necessary grammar at the end of each chapter. The second part contains a number of poems by Catullus and Martial, which can be



introduced and enjoyed at appropriate moments. The third part consists of grammatical exercises, based on the work of each chapter. The fourth part contains English-Latin sentences, designed to ensure that each new point has gone home. Each chapter has twenty English-Latin sentences ; those in A are intended to exercise the new point, those in B this and preceding points. The fifth part consists of separate vocabularies listing the most important new words in each chapter which must be learnt thoroughly by heart and constantly revised. The sixth part gives a complete basic *Ars Grammatica* and the seventh and eighth contain Latin-English and English-Latin vocabularies.

Finally, we must offer our thanks to all those who have assisted in the production of this book, among whom must again be included the boys of the Priory School, Shrewsbury. Nor would this Preface be complete without a reference to our gratitude to the publishers, Messrs. Wilding & Son, and their staff for their courtesy, patience and efficiency in the numerous problems with which we have again presented them.

C.W.E.P.

A.R.M. 1950



	<i>Pāgina</i>
FABULAE	7
CARMINA .	. 133
EXERCITATIONES	. 143
SENTENTIAE ANGLICAE	. 177
VOCABULA .	. 199
ARS GRAMMATICA	. 221
LATINE-ANGLICE	283
ANGLICE-LATINE . . . . .	. 321



**PSEUDOLUS NOSTER**

**PARS PRIMA**  
**FABULAE**





# 1. ECHO

## Passive—Present, Future and Imperfect

### Exercitātiō A

Quintus : Marcus Sextum nōn amat.

Echō : Sextus ā Marcō nōn amātur.

Quintus : Sextus Marcum nōn amat.

Echō : Marcus ā Sextō nōn amātur.

Quintus : Marcus Sextum spectat.

Echō : Sextus ā Marcō . . . . .

Quintus : Sextus Marcum spectat.

Echō : Marcus ā Sextō . . . . .

Quintus : Marcus Sextum fugat.

Echō : Sextus . . . . . fugātur.

Quintus : Marcus Sextum retinet.

Echō : Sextus . . . . . retinētur.

Quintus : Marcus Sextum caedit.

Echō : Sextus . . . . .

Quintus : Sextus Marcum caedit.

Echō :

Quintus : Marcus saxum capit.

Echō :

Quintus : Sextus Marcum terret.

Echō :

Quintus :            Marcus saxum iacit.  
Echō :               

Quintus :            Baculum Marcum vulnerat.  
Echō :                Marcus baculō vulnerātur.

Quintus :            Saxum Sextum pulsat.  
Echō :                Sextus . . . . pulsātur.



Quintus :            Puerī clāmōrēs tollunt.  
Echō :                Clāmōrēs ā puerīs tolluntur.

Quintus :            Māter clāmōrēs audit.  
Echō :               

Quintus :            Māter puerōs fugat.  
Echō :               

Quintus :            Māter puerōs capit.  
Echō :               


Quintus :            Māter puerōs ad cubīculum mittit.  
Echō :               

Quintus :            Puerī mātrem nōn amant.  
Echō :



**Exercitātiō B**

Quintus :           Magister mē laudat.  
Echō :             Ego ā magistrō laudor.  
Quintus :           Cūr magister mē laudat ?  
Echō :             Cūr ego ā magistrō laudor ?  
Septimus :          Quia magister tē nōn reprehendit.  
Echō :             Quia tū ā magistrō nōn reprehenderis.



Quintus :           Magister mē reprehendit.  
Echō :             Ego . . . . .  
Quintus :           Cūr magister mē reprehendit ?  
Echō :             Cūr ego . . . . . ?  
Septimus :          Quia magister tē nōn laudat.  
Echō :             Quia tū . . . . .

Quintus :           Magister mē in lūdō retinet.  
Echō :             Ego . . . . .  
Quintus :           Cūr magister . . . . . ?  
Echō :             Cūr ego . . . . . ?  
Septimus :          Quia magister tē nōn amat.  
Echō :             Quia tū . . . . .

Quintus :           Magister mē nōn amat.  
 Echō :             Ego . . . . .  
 Quintus :           Cūr magister . . . . . ?  
 Echō :             Cūr ego . . . . . ?  
 Septimus :          Quia magister tē in lūdō retinet.  
 Echō :             Quia tū . . . . .

Quintus :           Magister mē in lūdō custōdit.  
 Echō :             Ego . . . . .  
 Quintus :           Cūr magister . . . . . ?  
 Echō :             Cūr ego . . . . . ?  
 Septimus :          Quia magister tē nōn liberat.  
 Echō :             Quia tū . . . . .

Quintus :           Magister mē nōn liberat.  
 Echō :  
 Quintus :  
 Echō :  
 Septimus :          Quia magister tē in lūdō custōdit.  
 Echō :

Quintus et Octāvus :   Magister nōs in lūdō custōdit.  
 Echō :             Nōs ā magistrō in lūdō custōdimur.  
 Q. et O. :          Cūr magister nōs in lūdō custōdit ?  
 Echō :             Cūr nōs . . . . . ?  
 Septimus :          Quia magister vōs nōn liberat.  
 Echō :             Quia vōs ā magistrō nōn liberāmini.

Q. et O. :          Magister nōs nōn liberat.  
 Echō :             Nōs . . . . .  
 Q. et O. :          Cūr magister . . . . . ?  
 Echō :             Cūr nōs . . . . . ?  
 Septimus :          Quia magister vōs in lūdō custōdit.  
 Echō :             Quia vōs . . . . .

Q. et O. :           Magister nōs in lūdō retinet.  
Echō :  
Q. et O. :           Cūr magister . . . . . ?  
Echō :  
Septimus :           Quia magister vōs nōn amat.  
Echō :

Q. et O. :           Magister nōs nōn amat.  
Echō :  
Q. et O. :           Cūr magister . . . . . ?  
Echō :  
Septimus :           Quia magister vōs in lūdō retinet.  
Echō :

For the Future and the Imperfect, repeat with the necessary changes in the verbs.



# Ars Grammatica—I

## VOX PASSIVA

TEMPUS PRAESENS   TEMPUS FUTURUM   TEMPUS IMPERFECTUM

### pulsō-āre-āvi

pulsor  
pulsāris  
pulsātur  
pulsāmur  
pulsāmini  
pulsantur

pulsābor  
pulsāberis  
pulsābitur  
pulsābimur  
pulsābimini  
pulsābuntur

pulsābar  
pulsābāris  
pulsābātur  
pulsābāmur  
pulsābāmini  
pulsābantur

### retineō-ēre-retinui

retineor  
retinēris  
retinētur  
retinēmur  
retinēmini  
retinentur

retinēbor  
retinēberis  
retinēbitur  
retinēbimur  
retinēbimini  
retinēbuntur

retinēbar  
retinēbāris  
retinēbātur  
retinēbāmur  
retinēbāmini  
retinēbantur

### tangō-ere-tetigi

tangor  
tangeris  
tangitur  
tangimur  
tangimini  
tanguntur

tangar  
tangēris  
tangētur  
tangēmur  
tangēmini  
tangentur

tangēbar  
tangēbāris  
tangēbātur  
tangēbāmur  
tangēbāmini  
tangēbantur

**capiō-ere-cēpī**

capior	capiar	capiēbar
caperis	capiēris	capiēbāris
capitur	capiētur	capiēbātur
capimur	capiēmur	capiēbāmur
capimini	capiēmini	capiēbāmini
capiuntur	capientur	capiēbantur

**sepeliō-ire-sepelivī**

sepelior	sepeliar	sepeliēbar
sepeliris	sepeliēris	sepeliēbāris
sepelitur	sepeliētur	sepeliēbātur
sepelimur	sepeliēmur	sepeliēbāmur
sepelimini	sepeliēmini	sepeliēbāmini
sepeliuntur	sepelientur	sepeliēbantur

**faciō-ere-fēcī**

fīō	fiam	fīēbam
fīs	fīēs	fīēbās
fit	fiet	fīēbat
	fīēmus	fīēbāmus
	fīētis	fīēbātis
fiunt	fient	fīēbant

IMPERATIVUS MODUS

pulsāre	retinēre	tangere	capere	sepelire
pulsāmini	retinēmini	tangimini	capimini	sepelimini

INFINITIVUS MODUS


pulsāri	retinēri	tangī	capī	sepeliri	fieri
---------	----------	-------	------	----------	-------



## 2. DE PSEUDOLO ET MEDICO



Olim Pseudolus, pessimus quīdam iuvenis et callidus, iter faciēbat. Dum in viā ambulat, caput ēius vėlābātur, ōs ēius aperiēbātur, clāmor maximus ab eō tollēbātur. Subitō autem homō quīdam eī obviam īvit, quī, “O amīce,” rogāvit, “cūr ululās? Num morbō cruciāris? Namque ego optimus sum medicus, ā quō omnēs morbī sānantur.” Cui Pseudolus, “Vehementer,” respondit, “morbō crucior. Namque ex dentibus labōrō. Quā dē causā caput meum vėlātur. O mē miserrimum! O! O! O!” Medicus autem eum tacēre iussit. “Optimum,” inquit, “cōnsilium cēpī. Ambō dīvītēs fiēmus. Ego aquam sordidam ex hōc stagnō capiam medicinamque optimam ex eā faciam, quam in hāc urnā ad proximam urbem portābō. Cum ad urbem advēnerō, omnēs,



qui dolōribus cruciantur, ad mē venīre iubēbō. Dēinde tū ad mē venī et medicinam meam bibe, quā certē sānāberis. Sic multī cīvēs hūius urbis, quī morbis cruciantur, medicinam ement multamque pecūniam mihi dabunt. Tū quoque, ubi sānus fueris, partem hūius pecūniae accipiēs.”

Pseudolus igitur et medicus singulī ad proximam urbem adivērunt. Cīvēs, postquam clāmōrēs, quī ā medicō tollēbantur, audivērunt, celeriter in forum convēnērunt. Dēinde medicus, “Quis,” exclāmāvit, “medicinā meā sānārī vult? Certē ā mē sānābitur; nam medicinam habeō, quā omnēs morbī statim sānantur. Emite igitur medicinam meam, quā sine dubiō sānābiminī.”

Dēinde Pseudolus appropinquāvit et medicus eī medicinam vendidit, quam statim bibit. Subitō Pseudolus laetus fit.



Multi igitur cives medicinam emerunt et medico multam pecuniam dederunt. Postquam medicus multam pecuniam a civibus accepit, cum Pseudolo quam celerrime ex urbe fugit.

Postquam duo milia passuum cucurrerunt, Pseudolus, “Nunc,” inquit, “amice, da mihi partem pecuniae quam promissisti.” Medicus autem “Nonne,” respondit, “meministi verborum meorum? Nonne dixi ‘ubi sanus fueris’? Sed tu non sanus es. Etiam nunc e dentibus laboras. Quo modo mea medicinam, quae nihil nisi aqua sordida est, sanari potuisti?” “Sed,” respondit Pseudolus, caput suum detegens, “sanus sum. Ecce!” “Deos immortales!” exclamavit medicus. “Recte dicis. Aut tu aut ego magus sum. Accipe pecuniam.”

Sed Pseudolus re vera numquam laboraverat. Caput modo velaverat et dolore falso exclamaverat, quia pecuniam nullo labore accipere voluit. Laetus igitur abiit.

### 3. ITERUM DE MARCO ET SEXTO

#### Passive—Perfect, Pluperfect and Future Perfect

#### Exercitātiō A

Quintus : Marcus Sextum nōn amāvit.  
Echō : Sextus ā Marcō nōn amātus est.

Quintus : Sextus Marcum nōn amāvit.  
Echō : Marcus ā Sextō nōn amātus est.

Quintus : Marcus Sextum spectāvit.  
Echō : Sextus . . . . .

Quintus : Sextus Marcum spectāvit.  
Echō : Marcus . . . . .

Quintus : Marcus Sextum fugāvit.  
Echō :

Quintus : Marcus Sextum retinuit.  
Echō :

Quintus : Marcus Sextum cecīdit.  
Echō :

Quintus : Sextus Marcum cecīdit.  
Echō :

Quintus : Marcus saxum cēpit.  
Echō :

Quintus : Sextus Marcum terruit.  
Echō :

Quintus : Marcus saxum iēcit.  
Echō :

Quintus : Baculum Marcum vulnerāvit.  
Echō :

Quintus : Saxum Sextum pulsāvit.  
Echō :



Quintus : Puerī clāmōrēs sustulērunt.  
Echō : Clāmōrēs ā puerīs sublātī sunt.

Quintus : Māter clāmōrēs audīvit.  
Echō :

Quintus : Māter puerōs fugāvit.  
Echō :

Quintus : Māter puerōs cēpit.  
Echō :


Quintus : Māter puerōs ad cubīculum mīsit.  
Echō :

Quintus : Puerī mātrem nōn amāvērunt.  
Echō :

### **Exercitātiō B**

Quintus : Magister mē laudāvit.  
Echō : Ego ā magistrō laudātus sum.  
Quintus : Cūr magister mē laudāvit ?  
Echō : Cūr ego ā magistrō laudātus sum ?  
Septimus : Quia magister tē nōn reprehendit.  
Echō : Quia tū ā magistrō nōn reprehēnsus es.

Quintus :                   Magister mē reprehendit.  
Echō :  
Quintus :                   Cūr . . . . . ?  
Echō :                   Cūr . . . . . ?  
Septimus :                Quia magister tē nōn laudāvit.  
Echō :                   Quia . . . . .



Quintus :                   Magister mē in lūdō retinuit.  
Echō :  
Quintus :                   Cūr . . . . . ?  
Echō :                   Cūr . . . . . ?  
Septimus :                Quia magister tē nōn amāvit.  
Echō :                   Quia . . . . .  
  
Quintus :                   Magister mē nōn amāvit.  
Echō :  
Quintus :  
Echō :  
Septimus :                Quia magister tē in lūdō retinuit.  
Echō :  
  
Quintus :                   Magister mē in lūdō custōdiit.  
Echō :  
Quintus :  
Echō :  
Septimus :                Quia magister tē nōn liberāvit.  
Echō :



Quintus :                   Magister mē nōn liberāvit.

Echō :

Quintus :

Echō :

Septimus :               Quia magister tē in lūdō custōdiit.

Echō :

Quintus et Octāvus :   Magister nōs in lūdō custōdiit.

Echō :                   Nōs ā magistrō in lūdō custōditī sumus.

Q. et O. :               Cūr. . . . . ?

Echō :                   Cūr. . . . . ?

Septimus :               Quia magister vōs nōn liberāvit.

Echō :                   Quia vōs ā magistrō nōn liberātī estis.

Q. et O. :               Magister nōs nōn liberāvit.

Echō :

Q. et O. :

Echō :

Septimus :               Quia magister vōs in lūdō custōdiit.

Echō :

Q. et O. :               Magister nōs in lūdō retinuit.

Echō :

Q. et O. :

Echō :

Septimus :               Quia magister vōs nōn amāvit.

Echō :

Q. et O. :               Magister nōs nōn amāvit.

Echō :

Q. et O. :

Echō :

Septimus :               Quia magister vōs in lūdō retinuit.

Echō :

## Ars Grammatica—II

### VOX PASSIVA

TEMPUS PERFECTUM	TEMPUS FUTURUM ET PERFECTUM	TEMPUS PLUSQUAM PERFECTUM
<b>pulsō-āre-āvi</b>		
pulsātus sum	pulsātus erō	pulsātus eram
pulsātus es	pulsātus eris	pulsātus erās
pulsātus est	pulsātus erit	pulsātus erat
pulsāti sumus	pulsāti erimus	pulsāti erāmus
pulsāti estis	pulsāti eritis	pulsāti erātis
pulsāti sunt	pulsāti erunt	pulsāti erant

Eōdem modō :—

### **retineō-ēre-retinui**

retentus sum

retentus erō

retentus eram

### **tangō-ere-tetigi**

tactus sum

tactus erō

tactus eram

### **capiō-ere-cēpi**

captus sum

captus erō

captus eram

### **faciō-ere-fēcī**


factus sum

factus erō

factus eram

#### 4. DE PSEUDOLO ET CAUPONE

Olim Pseudolus noster ēsuriēbat sitiēbatque, sed, ēheu ! ut semper, pauper erat. Nam omnis ēius pecūnia, nisi trēs assēs, iam expēsa erat. Ivit igitur ad dēversōrium quoddam, et quae in mūrīs scripta erant recitāvit. Hīc enim scriptum est “ Pānis noster optimē coctus est,” illic “ Frūgēs nostrae nūper dēcerptae sunt,” illic “ Vinum nostrum ex optimīs ūvis factum est.”



Pseudolus igitur dēversōrium intrāvit et caupōnem, “ O amice,” rogāvit, “ quantum pānis mihi tribus assibus vendēs ? ” Cui caupō, “ Tribus assibus,” respondit, “ sex unciās pānis tibi vendam.” “ Sex unciās igitur pānis,” inquit Pseudolus, “ tribus assibus emam. Dā mihi.” Dēinde, postquam pānis ei ā caupōne datus est, omnem statim cōsumpsit.



Ubi omnis pānis iam cōsumptus est, Pseudolus iterum caupōnem, “ O amice,” rogāvit, “ quot frūgēs mihi tribus assibus vendēs ? ” Cui caupō, “ Tribus assibus,” respondit, “ sex pōma tibi vendam.” “ Sex pōma igitur,” inquit Pseudolus, “ tribus assibus emam. Dā mihi.” Dēinde, postquam pōma ei ā caupōne data sunt, omnia statim cōsumpsit.

Ubi omnia pōma iam cōsumpta sunt, Pseudolus iterum caupōnem, “ O amice,” rogāvit, “ quantum vinī mihi tribus assibus vendēs ? ” Cui caupō, “ Tribus assibus,” respondit, “ sex sextāriōs vinī



vendam.” “ Sex sextāriōs igitur vīnī,” inquit Pseudolus, “ tribus assibus emam. Dā mihi.” Dēinde, postquam vīnum eī ā caupōne datum est, omne statim exhausit.

Ubi omne vīnum exhaustum est, caupōnī, “ Grātiās,” inquit, “ tibi agō quam maximās. Nunc quot assēs tibi dēbeō ? ” Caupō igitur digitis assēs numerāvit. Tandem, “ Sī rectē numerāvī,” inquit, “ novem assēs mihi dēbēs.” Cui Pseudolus, “ Quid dīcis, ō scelerāte ? Trēs solum assēs tibi dabō. Nōnne dīxistī ‘ Tribus assibus pānem tibi vendam, tribus assibus frūgēs tibi vendam ’ . . . ? ” Sed caupō, “ Cōnsilium tuum,” inquit, “ iam intellegō. Fūr sine dubiō es. Tē autem ad magistrātūs nōn dūcam, sī iussa mea ā tē statim perfecta erunt. Spectā ! Vidēsne dēversōrium illud ? Caupō mihi inimicus est. Tū ad eum abī et eum eōdem modō dēcipe quō mē dēcēpistī. Trēs plūrēs assēs tibi dabō. Accipe igitur et abī ! ”

Pseudolus igitur trēs plūrēs assēs laetus accēpit et, postquam assēs acceptī sunt, caupōnī “ Hoc,” inquit, “ amice, facere nōn possum. Namque caupōnem illum iam dēcēpī. Ille trēs assēs mihi dedit, quia tē eōdem modō dēcipī voluit quō eum dēcēpī.” Laetus igitur abīvit.

## 5. DE SOMNIO PSEUDOLI

### Middle Verbs

Olim Pseudolus noster duōs aliōs fūrēs Rōmam Tarentō comitābātur. Longum erat iter et lentē per viam prōgrediēbantur. Tertiō igitur diē postquam profecti sunt, paene omnem cibum iam cōsumpserant. Dum igitur Pseudolus, qui maximē fessus esse vidēbātur, ā tergō eōs sequitur, duo aliī fūrēs inter sē hōc modō conlocūti sunt. “Parum cibī habēmus. Comes tamen noster semper multum edit. Itaque oportet nōs eum aliquō modō dēcipere. Sic omnem cibum ipsi cōsumēmus. Nōlī autem timēre. Optimum iam cōsilium cēpi. Prōgredere !”


Ubi viginti mīlia passuum prōgressi sunt et sōl iam occidēbat, cōstitērunt et prope viam cōsēdērunt, quia edere volēbant. Dēinde fūr alter ūnum pānem, qui sōlus eis relictus erat, aliīs mōnstrāvit et, “O comitēs,” inquit, “ut mihi vidētur, hīc ūnus pānis nōbīs tribus nōn sufficiet. Itaque hoc, ut opinor, oportet nōs facere. Omnēs iam fessi sumus. Oportet igitur nōs statim dormire, et ei pānem dare, qui, dum dormit, somnium mirābilissimum viderit.” Pseudolus noster mali aliquid suspicābātur. Nihil autem dixit, et omnēs statim obdormivērunt.

Brevi fūr alter, quasi mirābili quōdam somniō perterritus, subitō experrectus est comitēsque magnā vōce surgere iussit. “O amīci,” inquit, “mirābile somnium vīdī, quod vōs certē mirābiminī. Duo enim deī, ut mihi vidēbātur, appropinquāvērunt et mē ad Elysium comportāvērunt. Mihi igitur, ut opinor, pānem edere licēbit.” Cui comes, “Somnium tuum,” inquit, “sine dubiō miror. Ego autem somnium mirābilius vīdī. Duo enim deī, ut mihi vidēbātur, appropinquāvērunt et



mē ad Tartarum comportāvērunt. Mihi igitur, ut opīnor, pānem edere licēbit.”

Pseudolus autem, ut vidēbātur, nōn expectatus est sed, dum fūrēs somnia narrant, dormiēbat. Fūrēs igitur eum excitāvērunt ; namque somnia sua ei quoque narrāre volēbant. Quibus Pseudolus, quasi stupefactus, “ Quis,” inquit, “ mē vocat ? Num comitēs mei estis ? Quō modō hūc regressi estis ? ” “ Numquam,” respondērunt, “ hinc abivimus.” “ Mirābilissimum igitur,” inquit Pseudolus, “ somnium vidī. Namque, ut mihi vidēbātur, duo deī appropinquāvērunt, quī alterum vestrum ad Elysium, alterum ad Tartarum comportāvērunt. Subitō igitur expectatus sum, et, quia pāne vōbīs iam nōn opus erat, eum tōtum sōlus dēvorāvī.” Laetus igitur abivit.




## 6. ROMULUS ET REMUS

### Revision

#### SCAENA PRIMA

*(Prope flūmen Tiberim. Intrat lupa.)*

Lupa : O mē miseram ! Ut  
sitiō ! Nullam aquam  
tōtum diem bibī. Opor-  
tet mē igitur ad flūmen  
prōgredi. O pedēs meōs !  
Quam sordidī sunt !  
Tiberis, quī super ripās  
effūsus est, multum limum in terrā reliquit.



*(Audītur infantium vāgītus.)*

Quid audiō ? Num infantēs hūmānōs vāgientēs ?  
Quid videō ? Alveusne in ripā expositus est ?


*(Iterum audītur infantium vāgītus.)*

Quid olfaciō ? Duo infantēs hūmānī in alveō  
relictī sunt. Quam pinguēs esse videntur !  
Edamne eōs ? Minimē vērō ! namque pulchrī sunt.  
Infantēs mei ā leōne ablātī sunt. Infantēs igitur  
hūmānōs in cavernam meam portābō et fovēbō

*(Infantēs linguā lambere incipit. Intrat Faustulus, pāstor rēgis.)*

Faustulus : Ecce ! Duo infantēs ā  
lupā cōsūmuntur. Abī,  
lupa, abī !

*(Lupam baculō suō expellit. Lupa  
quae expellitur, ululat. Faustulus ad  
alveum appropinquat.)*



O miserōs infantēs !  
Quam pulchrī esse viden-  
tur ! Geminī sunt, ut mihi vidētur. Sed quis est  
hic ānulus, quī circum collum alterius infantis  
suspēsus est ? Iam intellegō. Hī sunt geminī  
illī, quōs. . . .

*(Iterum vāgiunt infantēs.)*

Sed oportet mē eōs ad uxōrem meam celeriter  
portāre. Illa enim eōs fovēbit et educābit.

*(Exit Faustulus, quī duōs infantēs portat.)*

## SCAENA SECUNDA

*(Albae. In villā Amūlii rēgis. Numitor, frāter Amūlii, quī in  
sellā dormit, ā militibus excitātur.)*


Numitor : Cūr tantum sonitum facitis, militēs ? Quem ad  
mē trahitis ?

Militēs : *(singulī)* Fūr est. Latrō. Bona nostra fūrātur.  
Agrōs populātur.



Numitor : Nōlite exclāmāre. Tū, centuriō, omnia mihi explicā.

Centuriō : In agrīs ovēs aliquōs spectābāmus. Subitō hīc et frāter eius impetum in nōs fēcērunt.



Captīvus : Agrōs nostrōs, domine, populābantur hī militēs. Ovēs nostrās fūrābantur.

Centuriō : Nōlī mentīrī, scelerātissime. Namque nōs, quī arma nōn habēbāmus, fugere coactī sumus.

Numitor : Nōn autem coactī estis hunc capere.

Centuriō : Sed, domine, in agrōs tuōs intrāvit.

Numitor : Meōsne in agrōs dīxistī ?

Centuriō : Quidnī ? Tuōs agrōs hīc populābātur tuāsque ovēs fūrābātur.

Numitor : Rectē igitur eum cēpistis.

*(Intrat Faustulus, quī captīvum cognōscit.)*

Faustulus : *(Sibi dīcit.)* Remus est. A militibus captus est. Quid oportet mē facere ?

Numitor : Abdūcite eum in carcerem.

*(Intrat Rōmulus.)*

Rōmulus : Ubi est frāter meus ? Liberāte frātre meum. Iubeō vōs omnēs eum liberāre.

Numitor : Capite eum, militēs !

Faustulus : *(Ad Numitōris pedēs sē iacit.)* O optime Numitor, hī duo frātrēs quasi filiī mihi sunt. A mē educātī sunt. Nōlī eōs interficere.

Numitor : Explicā mihi.

Faustulus : Olim, ubi infantēs erant, in alveō prope flūmen Tiberim expositī sunt. Ego eōs invēnī, dum lupa eōs fovet. Lupam igitur fugāvī, et puerōs ad uxōrem meam portāvī, quae eōs educāvit. Rōmulus et Remus ā nōbis nōminātī sunt. Optimī sunt

iuvenēs frātrēsque. Ovēs meās optimē custōdiunt  
et omnēs latrōnēs fugant.

Numitor : Vix tibi crēdere possum.

Faustulus : Ecce, domine, hunc ānulum cum eis in alveō  
invēnī.

Numitor : (*stupefactus*) Sorōris meae ānulus est. Hi  
frātrēs, sine dubiō, geminī eius filiī sunt, quōs  
abōminandus ille Amūlius exposuit, postquam  
mē ē rēgnō expulit. Liberāte eōs, militēs.

Rōmulus : Grātiās quam maximās tibi agimus, quod nōs  
liberāvistī. Faciēmus, domine, omnia quae nōs  
facere iusseris.

Numitor : Iubeō igitur vōs Amūlium interficere. Namque  
rex iterum fierī volō.

Rōmulus : Quid igitur nōbīs dabis, si eum interfēcerimus ?

Numitor : Omnia quae vultis vōbīs dabō.

Rōmulus : Dā igitur nōbīs militēs et arma. Urbs Alba iam  
minor est. Albā exire volumus et māiōrem  
condere urbem.

Numitor : Cum Amūlius ā vōbīs interfectus erit, haec  
vōbīs dabō.

*(Exeunt iuvenēs, qui mox Amūlium interficiunt.)*

### SCAENA TERTIA

*(In locō dēsertō. Ante diem duodecimum Kalendās Māiās.  
Parva urbs iam condita est. Mūrus etiam nunc aedificātur. A  
dextrā Rōmulus templum aedificat. A sinistrā stat Remus.)*

Rōmulus : Quis nōmen huic urbī novae dabit ?

Remus : Quis urbem novam reget ?

Rōmulus : Ego quia senior sum.



Remus : Ego quia nātū māior sum.

Rōmulus : Nātū māior nōn es ; namque geminī sumus.

Remus : Neque tū igitur senior es.

Rōmulus : Prōdigia igitur in caelō quaerēmus. Licet illī, ā quō māius prōdigium vīsum erit, rēgī fierī.

*(Prōdigia in caelō quaerunt.)*

Remus : Prōdigium videō. Ecce, sex avēs super caput meum volant !

Rōmulus : Prōdigium māius videō. Ecce duodecim avēs super caput meum volant ! Ego rex fīam ; namque māius prōdigium vīdī.

Remus : Minimē. Ego prior prōdigium vīdī. Ego rex fīam.

Rōmulus : Mentiris !


Remus : Mendax es !


Rōmulus : Bona mea semper auferre vīs.

Remus : Tū quoque !

*Fit rixa. Remus super mūrū trānsilit. Rōmulus igitur eum interficit.)*

Rōmulus : Sic morientur omnēs quī super mūrū meum trānsiluerint. Nōmen Rōmam, ā nōmine meō nōminātum, huic urbī dabō.





**MILES ROMANUS**

## 7. DE EXERCITATIONIBUS EXERCITUS

### The Subjunctive—Indirect Command

#### Exercitātiō A

Centuriō : Surge.

Tirō : (*quī nōn audit*) Imperāsne mihi ut surgam?

Centuriō : Imperō tibi ut surgās. (*Tirō autem nōn surgit.*)

Tribūnus : Imperā eī ut surgat.

Centuriō : (*maximā vōce*) Surge !! (*Tirō surgit.*)

Centuriō : Indue galeam.

Tirō : Imperāsne mihi ut galeam induam ?

Centuriō : Imperō tibi ut galeam induās. (*Tirō autem galeam nōn induit.*)

Tribūnus : Imperā eī ut galeam indu . . .

Centuriō : Indue galeam !! (*Tirō galeam induit.*)

Centuriō : Tolle pīlum.

Tirō : Imperāsne mihi ut pīlum toll . . . ?

Centuriō : Imperō tibi ut pīlum toll . . . (*Tirō autem pīlum nōn tollit.*)

Tribūnus : Imperā eī ut pīlum toll . . .

Centuriō : Tolle pīlum !! (*Tirō pīlum tollit.*)

Centuriō : Invenī scūtum.

Tirō : Imperāsne mihi ut scūtum inveniam ?

Centuriō : Imperō tibi ut scūtum inveniās (*Tirō autem scūtum nōn invenit.*)

Tribūnus : Imperā eī ut scūtum inven . . .

Centuriō : Invenī scūtum !! (*Tirō scūtum invenit.*)



Centuriō : Polī lōricam.

Tīrō : Imperāsne mihi ut lōricam pol . . . ?

Centuriō : Imperō tibi ut lōricam pol . . . (*Tīrō autem lōricam nōn polit.*)

Tribūnus : Imperā eī ut lōricam pol . . .

Centuriō : Polī lōricam !! (*Tīrō lōricam polit.*)

Centuriō : Tenē gladium.

Tīrō : Imperāsne mihi ut gladium teneam ?

Centuriō : Imperō tibi ut gladium teneās. (*Tīrō autem gladium nōn tenet.*)

Tribūnus : Imperā eī ut gladium ten . . .

Centuriō : Tenē gladium !! (*Tīrō gladium tenet.*)

Centuriō : Tacē.

Tīrō : Imperāsne mihi ut tac . . . ?

Centuriō : Imperō tibi ut tac . . . (*Tīrō autem nōn tacet.*)

Tribūnus : Imperā eī ut tac . . .

Centuriō : Tacē !! (*Tīrō tacet.*)

Centuriō : Ambulā.

Tīrō : Imperāsne mihi ut ambulem ?

Centuriō : Imperō tibi ut ambulēs. (*Tīrō autem nōn ambulat.*)

Tribūnus : Imperā eī ut ambulet.

Centuriō : Ambulā !! (*Tīrō ambulat.*)

Centuriō : Festinā.

Tīrō : Imperāsne mihi ut festin . . . ?

Centuriō : Imperō tibi ut festin . . . (*Tīrō autem nōn festinat.*)

Tribūnus : Imperā eī ut festin . . .

Centuriō : Festinā !! (*Tīrō festinat.*)



Centuriō : Dēpōne pīlum.

Tirō : Imperāsne m . . . ut pīlum dēpōn . . . ?

Centuriō : Imperō t . . . ut pīlum dēpōn . . . (*Tirō autem pīlum nōn dēpōnit.*)

Tribūnus : Imperā e . . . ut pīlum dēpōn . . .

Centuriō : Dēpōne pīlum !! (*Tirō pīlum dēpōnit.*)

Centuriō : Cape iterum.

Tirō : Imperāsne . . . ut iterum cap . . . ?

Centuriō : Imperō . . . ut iterum cap . . . (*Tirō autem iterum nōn capit.*)

Tribūnus : Imperā . . . ut iterum cap . . .

Centuriō : Cape iterum !! (*Tirō iterum capit.*)

Centuriō : Reveni.

Tirō :

Centuriō : (*Tirō autem nōn revenit.*)

Tribūnus :

Centuriō : (*Tirō revenit.*)

Centuriō : Abi.

Tirō : Imperāsne mihi ut abeam ?

Centuriō : (*Tirō autem nōn abit.*)

Tribūnus :

Centuriō : (*Tirō abit, dēinde revenit.*)

Centuriō : Nōlī surgere.

Tirō : Imperāsne mihi nē surgam ?

Centuriō : Imperō tibi nē surgās. (*Tirō autem surgit.*)

Tribūnus : Imperā eī nē surg . . .

Centuriō : Nōlī surgere !! (*Tirō nōn surgit.*)

Centuriō : Nōlī galeam induere.

Tīrō : Imperāsne mihi nē galeam indu . . . ?

Centuriō : *(Tīrō autem galeam induit.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tīrō galeam nōn induit.)*

Centuriō : Nōlī scūtum polire

Tīrō :

Centuriō : *(Tīrō autem scūtum polit.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tīrō scūtum nōn polit.)*

Centuriō : Nōlī gladium tenēre.

Tīrō :

Centuriō : *(Tīrō autem gladium tenet.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tīrō gladium nōn tenet.)*

Centuriō : Nōlī pīlum capere.

Tīrō :

Centuriō : *(Tīrō autem pīlum capit.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tīrō pīlum nōn capit.)*

Centuriō : Nōlī abire.

Tīrō :

Centuriō : *(Tīrō autem abit.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tīrō abit, dēinde revenit.)*

**Exercitātiō B**

Centuriō : Surge.

Tirō : Imperāvistine mihi ut surgerem ?

Centuriō : Imperāvī tibi ut surgerēs. (*Tirō autem nōn surgit.*)

Tribūnus : Nōnne imperāvistī eī ut surgeret ? Imperā iterum.

Centuriō : Surge !! (*Tirō surgit.*)

Centuriō : Indue galeam.

Tirō : Imperāvistine mihi ut galeam induerem ?

Centuriō : Imperāvī tibi ut galeam induerēs. (*Tirō autem galeam nōn induit.*)

Tribūnus : Nōnne imperāvistī eī ut galeam indu . . . ?  
Imperā iterum.

Centuriō : Indue galeam !! (*Tirō galeam induit.*)

Centuriō : Tolle pīlum.

Tirō : Imperāvistine mihi ut pīlum toll . . . ?

Centuriō : Imperāvī tibi ut pīlum toll . . . (*Tirō autem pīlum nōn tollit.*)

Tribūnus : Nōnne imperāvistī eī ut pīlum toll . . . ? Imperā iterum.

Centuriō : Tolle pīlum !! (*Tirō pīlum tollit.*)

Centuriō : Invenī scūtum.

Tirō : Imperāvistine mihi ut scūtum inven . . . ?

Centuriō : Imperāvī tibi ut scūtum inven . . . (*Tirō autem scūtum nōn invenit.*)

Tribūnus : Nōnne imperāvistī eī ut scūtum inven . . . ?  
Imperā iterum.

Centuriō : Invenī scūtum !! (*Tirō scūtum invenit.*)



Centuriō : Polī lōricam.

Tīrō : Imperāvistine mihi ut lōricam pol . . . ?

Centuriō : Imperāvī tibi ut lōricam pol . . . (*Tīrō autem lōricam nōn polit.*)

Tribūnus : Nōne imperāvisti ei ut lōricam pol . . . ?  
Imperā iterum.

Centuriō : Polī lōricam ! ! (*Tīrō lōricam polit.*)

Centuriō : Tenē gladium.

Tīrō : Imperāvistine mihi ut gladium ten . . . ?

Centuriō : Imperāvī tibi ut gladium ten . . . (*Tīrō autem gladium nōn tenet.*)

Tribūnus : Nōne imperāvisti ei ut gladium ten . . . ?  
Imperā iterum.

Centuriō : Tenē gladium ! ! (*Tīrō gladium tenet.*)

Centuriō : Tacē.

Tīrō :

Centuriō : (*Tīrō autem nōn tacet.*)

Tribūnus :

Centuriō : (*Tīrō tacet.*)

Centuriō : Festinā.

Tīrō :

Centuriō : (*Tīrō autem nōn festīnat.*)

Tribūnus :

Centuriō : (*Tīrō festīnat.*)

Centuriō : Dēpōne pīlum.

Tīrō :

Centuriō : (*Tīrō autem pīlum nōn dēpōnit.*)

Tribūnus :

Centuriō : (*Tīrō pīlum dēpōnit.*)



Centuriō : Cape iterum.

Tirō :

Centuriō : *(Tirō autem iterum nōn capit.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tirō iterum capit.)*

Centuriō : Ambulā.

Tirō :

Centuriō : *(Tirō autem nōn ambulat.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tirō autem ambulat.)*

Centuriō : Nōlī festināre.

Tirō : Imperāvistine mihi nē festin . . . ?

Centuriō : *(Tirō autem festinat.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tirō autem celerius festinat.)*

Centuriō : Nōlī abire.

Tirō :

Centuriō : *(Tirō autem abit.)*

Tribūnus :

Centuriō : *(Tirō autem abit neque umquam revenit.)*

## Ars Grammatica—III

### SUBIUNCTIVUS MODUS

#### TEMPUS PRAESENS

##### VOX ACTIVA

##### VOX PASSIVA

##### **pulsō-āre-āvi-ātus**

pulsem  
pulsēs  
pulset  
pulsēmus  
pulsētis  
pulsent

pulser  
pulsēris  
pulsētur  
pulsēmur  
pulsēmini  
pulsentur

##### **retineō-ēre-retinui-retentus**

retineam  
retineās  
retineat  
retineāmus  
retineātis  
retineant

retinear  
retineāris  
retineātur  
retineāmur  
retineāmini  
retineantur

##### **tangō-ere-tetigi-tactus**

tangam  
tangās  
tangat  
tangāmus  
tangātis  
tangant

tangar  
tangāris  
tangātur  
tangāmur  
tangāmini  
tangantur

**capiō-ere-cēpi-captus**

capiam	capiar
capiās	capiāris
capiat	capiātur
capiāmus	capiāmur
capiātis	capiāmini
capiant	capiantur

**sepeliō-ire-sepelivī-sepultus**

sepeliam	sepeliar
sepeliās	sepeliāris
sepeliat	sepeliātur
sepeliāmus	sepeliāmur
sepeliātis	sepeliāmini
sepeliant	sepeliantur

NOTA BENE :—

**sum-esse-fui**

sim  
sis  
sit  
sīmus  
sītis  
sint

**eō-ire-ii**

eam  
eās  
eat  
eāmus  
eātis  
eant

**volō-velle-volu.**

velim  
velis  
velit  
velimus  
velītis  
velint

**Eōdem modō :—**

possim, adsim, <i>etc.</i>	abeam, adeam, <i>etc.</i>	mālim, nōlim
-------------------------------	------------------------------	-----------------

## TEMPUS IMPERFECTUM

## VOX ACTIVA

## VOX PASSIVA

**pulsō-āre-āvi-ātus**

pulsārem  
 pulsārēs  
 pulsāret  
 pulsārēmus  
 pulsārētis  
 pulsārent

pulsārer  
 pulsārēris  
 pulsārētur  
 pulsārēmur  
 pulsārēmini  
 pulsārentur

Eōdem modō :—

retinērem  
 retinērer

tangerem  
 tangerer

caperem  
 caperer

sepelirem  
 sepelirer

NOTA BENE :—**sum-esse-fui**

essem  
 essēs  
 esset  
 essēmus  
 essētis  
 essent

**eō-īre-īi**

īrem  
 īrēs  
 īret  
 īrēmus  
 īrētis  
 īrent

**volō-velle-volui**

vellem  
 vellēs  
 vellet  
 vellēmus  
 vellētis  
 vellent

Eōdem modō :—

possem,  
 adessem, *etc.*

abirem,  
 adirem, *etc.*

māllem,  
 nōllem



## 8. DE PSEUDOLO ET PISTORE

Olim Pseudolus noster, ut semper, ēsuriēbat. Venter ēius ei imperābat ut cibum sibi daret. Pseudolus autem, ut semper, pecūniam nōn habēbat, neque cibum emere poterat. Venter igitur ēius ei imperāvit ut cōnsilium caperet et grātis pānem acciperet.

Callidum igitur cōnsilium Pseudolus cēpit. Ad pistōrem ivit et, “O benigne pistor,” inquit, “dominus meus, quī dīves est, imperāvit mihi ut ad tē venirem et pānem emerem. Dedit mihi igitur hunc saccum, et mihi imperāvit ut eum pāne complērem.” Postquam haec dīxit, Pseudolus pistōri magnum saccum mōnstrāvit, sed rīmam ei nōn mōnstrāvit, quae in imō saccō facta erat.

Pistor autem, quī nōn benignus erat sed gravis, ei imperāvit ut pecūniam sibi daret. “Pānem enim,” inquit, “tibi nōn dabō, antequam pecūniam accēperō.” Cui Pseudolus, “Nunc,” inquit, “ō amīce, pecūniam nōn habeō, sed dominus meus, quī dītissimus est, mox mihi dabit.” Sed pistor irātus, “Rogā,” inquit, “dominum tuum ut statim pecūniam tibi det; nam, ut iam dīxī, antequam pecūniam accēperō, pānem tibi nōn dabō.” Pseudolus autem pistōrem nē irāscerētur precātus est. “Tū,” inquit, “ō amīce, imperā servō tuō ut mē domum comitētur; namque, sine dubiō, cum domum revēnerimus, dominus meus pecūniam ei dabit.”

Tandem pistor saccum pāne complēvit, et servus Pseudolum comitātus est. Sed postquam aliquantulum prōgressi sunt, Pseudolus rīmam in imō saccō aperuit et pānem per eam in līnum cadere sivit. Dēinde, “Eheu!” exclāmāvit, “tam sordidum pānem ad dominum meum portāre nōn possum. Namque ille semper mē sordidum

cibum emere vetat.” Servō igitur imperāvit nē pānem sordidum mirārētur, sed rediret et novum pānem reportāret. “Equidem,” inquit, “hic manēbō.” Servus igitur stultus, quī nihil suspicābātur, ad dominum rediit, et Pseudolus statim ventri suō ēsurgentī pānem dedit. Laetus igitur abiit.




9. DE FURE

Purpose

Exercitātiō

- Marcus : Fūr exit.  
Magister : Quō cōnsiliō fūr exit ?  
Quintus : Ut baculum capiat, fūr exit.  
Magister : Quō cōnsiliō fūr exit ?  
Quintus : Ut baculum caperet, fūr exit.
- Marcus : Fūr baculum capit.  
Magister : Quō cōnsiliō fūr baculum capit ?  
Quintus : Ut fenestram frangat, fūr baculum capit.  
Magister : Quō cōnsiliō fūr baculum cēpit ?  
Quintus : Ut fenestram frang . . . , fūr baculum cēpit.
- Marcus : Fūr fenestram frangit.  
Magister : Quō cōnsiliō fūr fenestram frangit ?  
Quintus : Ut cistam extrah . . . , fūr fenestram frangit.  
Magister : Quō cōnsiliō fūr fenestram frēgit ?  
Quintus : Ut cistam extrah . . . , fūr fenestram frēgit.
- Marcus : Fūr cistam extrahit.  
Magister :  
Quintus : Ut cistam aperi . . . , fūr cistam extrahit.  
Magister :  
Quintus : Ut cistam . . . . .





Marcus : Fūr cistam aperit.  
Magister :  
Quintus : Ut pecūniam aufer . . . , . . . . .  
Magister :  
Quintus :  
  
Marcus : Fūr pecūniam aufert.  
Magister :  
Quintus : Ut cibum em . . . , . . . . .  
Magister :  
Quintus :  
  
Marcus : Vigil appropinquat.  
Magister :  
Quintus : Ut fūrem fug . . . , . . . . .  
Magister :  
Quintus :  
  
Marcus : Vigil fūrem fugat.  
Magister :  
Quintus : Ut eum cap . . . , . . . . .  
Magister :  
Quintus :  
  
Marcus : Fūr cistam omittit.  
Magister :  
Quintus : Ut curr . . . , . . . . .  
Magister :  
Quintus :  
  
Marcus : Fūr celeriter currit.  
Magister :  
Quintus : Ut effug . . . , . . . . .  
Magister :  
Quintus :

Marcus : Fūr celerius currit.

Magister :

Quintus : Nē vigil eum capiat, fūr celerius currit.

Magister :

Quintus : Nē vigil eum cap . . . , . . . . .

Marcus : Vigil celerrimē currit.

Magister :

Quintus : Nē fūr effug . . . , . . . . .

Magister :

Quintus :

Marcus : Vigil fūrem ad carcerem abdūcit.

Magister :

Quintus : Nē aliam pecūniam fūrētur, . . . . .

Magister :

Quintus :


Marcus : Vigil in viā ambulat.

Magister :

Quintus : Ut aliōs fūrēs capiat nēve  
eōs fugere sinat, vigil in  
viā ambulat.

Magister :


Quintus :



## 10. DE PSEUDOLO ET PISCE

Olim Pseudolus noster, ut amicum vidēret, iter faciēbat. Dum prōgreditur, piscem pinguissimum in lacū quōdam natantem cōspexit. Rēgis tamen superbissimī lacus erat, et rex, ut piscēs cōservāret, nēminem ex eō lacū piscēs captāre sivit. Servīs igitur imperāverat ut titulum in ripā pōnerent, in quō scriptum est “SI QUIS PISCES EX HOC LACU CAPTAVERIT, IN CARCEREM PROFUNDUM IACIETUR.” Hunc tamen titulum Pseudolus nōn flocci faciēbat, sed—ēheu!—rēte nōn habēbat, ut piscēs captāret. Callidissimum igitur cōsilium iniit, ut piscem adipisci posset.


Itaque ad amicum suum, quī haud longē ā lacū habitābat quīque rēte ūtilissimum habēbat, prōgressus est et “O amice,” inquit, “in lacū rēgis piscem pinguissimum vidī. Ego tamen in aquā frigidā stāre nōn possum ut eum captem, quia tussim habeo neque satis bene valeō; sed quod amicus mihi es, hoc tibi nuntiō ut tū piscem adipisci possis.” “Grātiās quam maximās tibi agō,” respondit fūr alter. “Hāc ipsā nocte cum rēte meō exhibō, ut piscem illum captem.”



Itaque, postquam nox advēnit, fūr alter domō ēgressus est et ad lacum silentiō ivit, ut piscem fūrārētur. Haud tamen multō post Pseudolus quoque ad lacum ivit et alterum fūrem in mediō lacū piscem captāre cōnantem vidit. Post autem dūmēta sē cēlāvit, nē quis eum vidēret, et ibi diū manēbat. Dēinde, postquam amicus piscem rēte captāvit et ad ripam portāvit, Pseudolus ē dūmētis surrēxit et vōce terribilī, sicut vigil, “Omnēs,” exclāmāvit, “capti estis. Vōs omnēs comprehendō.” Statim igitur fūr alter, postquam haec verba



audivit, et piscem et rēte omisit, et quamcerri leēm fūgit, nē  
ā vigile comprehenderētur. Dēinde Pseudolus ad lacum  
appropinquāvit et piscem pinguissimum et rēte ūtilissimum  
humō sustulit. “Euge!” sibi dīxit, “domum meam abībō,  
ut piscem coquam sōlusque edam.” Laetus igitur abīvit.



## 11. FUR PECUNIAM AUFERT

### Gerundive of Purpose

#### Exercitātiō

Marcus : Fūr exit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr exit ?

Quintus : Ut baculum capiat, fūr exit.

Sextus : Baculī capiendī causā fūr exit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr exiit ?

Quintus : Ut baculum caperet, fūr exiit.

Sextus : Baculī capiendī causā fūr exiit.

Marcus : Fūr baculum capit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr baculum capit ?

Quintus : Ut fenestram frangat, fūr baculum capit.

Sextus : Fenestrae frangendae causā fūr baculum capit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr baculum cēpit ?

Quintus : Ut fenestram frangeret, fūr baculum cēpit.

Sextus : Fenestrae frangendae causā fūr baculum cēpit.

Marcus : Fūr fenestram frangit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr fenestram frangit ?

Quintus : Ut cistam extrahat, fūr fenestram frangit.

Sextus : Cist . . . extrahend . . . causā fūr fenestram frangit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr fenestram frēgit ?

Quintus : Ut cistam extraheret, fūr fenestram frēgit.

Sextus : Cist . . . extrahend . . . causā fūr fenestram frēgit.

Marcus : Fūr cistam extrahit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr cistam extrahit ?

Quintus : Ut cistam aperiat, fūr cistam extrahit.

Sextus : Cist . . . aperi . . . . . fūr cistam extrahit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr cistam extrāxit ?

Quintus : Ut cistam aperi . . . , fūr cistam extrāxit.

Sextus : Cist . . . aperi . . . . . fūr cistam extrāxit

Marcus : Fūr cistam aperit.

Magister : Quō cōnsiliō fūr cistam aperit ?

Quintus : Ut pecūniam auferat, fūr cistam aperit.

Sextus :

Magister : Quō cōnsiliō fūr cistam aperuit ?

Quintus : Ut pecūniam . . . , fūr cistam aperuit.

Sextus :

Marcus : Fūr pecūniam aufert.

Magister : Quō cōnsiliō fūr pecūniam aufert ?

Quintus : Ut cibum emat, fūr pecūniam aufert.

Sextus :

Magister :

Quintus :

Sextus :

Marcus : Vigil appropinquat.

Magister : Quō cōnsiliō vigil appropinquat ?

Quintus : Ut fūrem fuget, vigil appropinquat.

Sextus : Ad fūrem fugandum vigil appropinquat.

Magister :

Quintus :

Sextus :



Marcus : Vigil fūrem fugat.

Magister : Quō cōsiliō vigil  
fūrem fugat ?


Quintus : Ut eum capiat, vigil  
fūrem fugat.

Sextus : Ad . . . . .  
vigil fūrem fugat.

Magister :

Quintus :

Sextus :



Marcus : Vigil fūrem capit.

Magister : Quō cōsiliō vigil fūrem capit ?

Quintus : Ut cīvēs dēfendat, vigil fūrem capit.

Sextus : Ad . . . . . vigil fūrem capit.

Magister :

Quintus :

Sextus :

Marcus : Fūr cistam omittit.

Magister : Quō cōsiliō fūr cistam omittit ?

Quintus : Ut currat, fūr cistam omittit.

Sextus : Currendī causā fūr cistam omittit.

Magister :

Quintus :

Sextus :

Marcus : Fūr baculum omittit.

Magister : Quō cōsiliō fūr baculum omittit ?

Quintus : Ut celeriter currat, fūr baculum omittit.

Sextus : Ad celeriter . . . . . fūr baculum omittit.

Magister :

Quintus :

Sextus :

Marcus : Vigil cōnsistit.  
 Magister : Quō cōnsiliō vigil cōnsistit ?  
 Quintus : Ut respīret, vigil cōnsistit.  
 Sextus : Ad . . . . . vigil cōnsistit.  
 Magister :  
 Quintus :  
 Sextus :

Marcus : Fūr celerrimē currit.  
 Magister : Quō cōnsiliō fūr celerrimē currit ?  
 Quintus : Ut effugiat, fūr celerrimē currit.  
 Sextus : Ad . . . . . fūr celerrimē currit.  
 Magister :  
 Quintus :  
 Sextus :

## Ars Grammatica—IV

### GERUNDIVUS MODUS

**pulsō-āre-āvi-ātus**

pulsandus-a-um

**tangō-ere-tetigi-tactus**

tangendus-a-um

**etineō-ēre-retinui-retentus**


retinendus-a-um

**capiō-ere-cēpi-captus**

capiendus-a-um

**sepeliō-īre-sepelivi-sepultus**

sepeliendus-a-um



VILLA ROMANA



## 12. DE PSEUDOLO ET ENNIO

Pseudolus noster scilicet multōs amīcōs habēbat, quōrum ūnus erat Ennius. Hic Ennius poēta praeclārus erat ; nam multa et lepida carmina amīcī dēlectandī causā in tablinō suō scribēbat. Pseudolus igitur saepenumērō domum Enniī ibat ad carmina ēius audienda.

Olim igitur, ubi Ennius lepidissimum carmen scripsit, Pseudolus noster hūius carminis audiendī causā ad poētam ivit. Postquam ad villam ēius pervēnit, iānitōris surdī excitandī causā iānuam pulsāvit. Ubi iānitor iānuam aperuit, eum ut Ennium quaereret ōrāvit. Iānitor igitur ad Ennium quaerendum abivit. Mox tamen rediit et, “Nōn licet tibi,” inquit, “Ennium vidēre. Namque domī nōn est.” Dēinde, dormiendī causā, iānuam clausit. Pseudolus autem noster, quamquam nihil respondit, multa suspicābātur ; namque Ennium, ut opīnābātur, in peristyliō carmen clārā vōce recitantem audīverat. Nihil tamen dīxit sed silentiō domum abivit.

Paucis post diēbus poēta Ennius, quī novum carmen scripserat, ad Pseudolum nostrum recitandī causā accessit. Pseudolus autem, quī pauper erat, iānitōrem nōn habēbat. Itaque ubi Ennius iānuam pulsāvit, iānitōris excitandī causā, nēminem excitāvit. Neque enim Pseudolum ipsum excitāvit, quī ex atriō in cubiculum suum ad dormiendum īverat. Iānuam igitur iterum vehementius pulsāvit. Tum fragōre Pseudolus excitātus est, quī per fenestram magnā vōce, “Domī nōn sum,” exclāmāvit. “Abī in malam crucem !” Haec Enniī dīmittendī causā dīxit. Ennius autem nōn dimissus est, sed “O improbissime,” inquit, “es domī. Nam raucam tuam vōcem audiō. Cūius fallendī causā men-

titus es ? ” At Pseudolus, postquam haec audīvit, caput ē fenestrā extrūsit et vōce raucissimā, “ Homō,” inquit, “ impudentissimus es. Ego crēdidī iānitōrī tuō, quī, ut dīxit, tē domī invenīre nōn potuit, sed tū nōn crēdis mihi ipsī.”

Dēinde, dormiendī causā, caput retrāxit, et Ennius poēta domum ad maestissimum carmen scribendum abīvit.



## 13. DE POETA ET PHILOSOPHIS

### Gerundive of Necessity

#### Exercitatio

Poeta : Dēbeō puellam amāre.

Philosophus 1 : Cūr oportet tē puellam amāre ?

Philosophus 2 : Cūr necesse est tibi puellam amāre ?

Poeta : Quia puella mihi amanda est.

Philosophus 3 : Sed cūr puella tibi amanda est ?

Poeta : Quia dēbeō versiculōs scrībere.

Philosophus 1 : Cūr oportet tē versiculōs scrībere ?

Philosophus 2 : Cūr necesse est tibi versiculōs scrībere ?

Poeta : Quia versiculī mihi scrībendī sunt.

Philosophus 3 : Sed cūr versiculī tibi scrībendī sunt ?

Poeta : Quia dēbeō libellum compōnere.

Philosophus 1 : Cūr oportet tē libellum compōnere ?

Philosophus 2 : Cūr necesse est tibi libellum compōnere ?

Poeta : Quia libell . . . mihi compōnend . . . est.

Philosophus 3 : Sed cūr libell . . . tibi compōnend . . . est ?

Poeta : Quia dēbeō amicōs dēlectāre.

Philosophus 1 :

Philosophus 2 :

Poeta : Quia amic . . . dēlectand . . . sunt.





Philosophus 3 : Sed cūr amic . . . . . dēlectand . . . . . sunt?

Poēta : Quia dēbeō pecūniam capere.

Philosophus 1 :

Philosophus 2 :

Poēta :

Philosophus 3 : Sed cūr . . . . . ?

Poēta : Quia dēbeō cibum edere.

Philosophus 1 :

Philosophus 2 :

Poēta :

Philosophus 3 : Sed cūr . . . . . ?

Poēta : Quia dēbeō vīvere.

Philosophus 1 :

Philosophus 2 :

Poēta : Quia mihi vivendum est.

Philosophus 3 : Sed cūr . . . . . ?

Poēta : Quia dēbeō bibere.

Philosophus 1 :

Philosophus 2 :

Poēta :

Philosophus 3 : Sed cūr . . . . . ?

Poēta : Quia dēbeō timōrem expellere.

Philosophus 1 :

Philosophus 2 :

Poēta :

Philosophus 3 : Sed cūr . . . . . ?

Poēta : Quia puella mihi amanda est. Quod erat dēmōnstrandum.




## 14. DE PSEUDOLO ET SUTORE

Olim Pseudolus noster calceōs āmiserat ; itaque necesse erat ei novōs calceōs adipisci. Ad tabernās igitur propinquās ei eundum erat ad novōs calceōs emendōs, sed,—ēheu !—pecūniam, quā eōs emeret, nōn habēbat. Cōnsilium igitur ei capiendum erat, quō novōs calceōs grātis adipiscerētur, et hoc tandem callidissimum cōnsilium cēpit.

Ad tabernam veteris cūiusdam sūtōris ivit, et postquam intrāvit sūtōremque invēnit, “ Salvē,” inquit, “ ō benevole sūtor. Valēsne ? Bīnī calceī mihi emendī sunt, sed—ēheu !—alter mihi pēs māior est. Itaque antequam calceōs ā tē emō, alter calceus in alterum pedem mihi indūcendus est ; namque omnēs calceī māiōrī pedī meō nōn aptī sunt. Licetne mihi igitur, ō cārissime sūtor, alterum calceum in alterum pedem indūcere ? ” “ Ita enim vērō,” respondit sūtor, et statim alterum calceum ei dedit, quem Pseudolus sine morā in alterum pedem indūxit.

Dēinde Pseudolus, “ O optime sūtor,” inquit, “quālēs calceōs suis! Hīc enim calceus certē māiōrī pedī meō aptus est. Sed nunc alter calceus in alterum pedem mihi indūcendus est; namque hīc mihi pēs minor est, et omnēs calceī minōrī pedī meō nōn aptī sunt. Licetne mihi, igitur, ō cārissime sūtor, alterum calceum in alterum pedem indūcere ? ” Tālia rogantī Pseudolō statim respondit sūtor, quī nihil malī suspicābātur, “ Ita enim vērō. Sī rē vērā tālibus pedibus nātus es, ambō calceī tibi indūcendī sunt. Namque nisi ambō hī calceī pedibus aptī sunt, aliī calceī novī mihi suendī erunt.”



Simulatque sūtor alterum calceum eī dedit, Pseudolus alterum calceum in alterum pedem indūxit, et ē tabernā quam celerrimē fūgit. Sed sūtor attonitus eum secūtus est exclāmāns, “ O cīvēs, comprehendite fūrem ! Dēbētis fūrem comprehendere ! Necesse est vōbis fūrem comprehendere ! Oportet vōs fūrem comprehendere ! Fūr vōbīs comprehendendus est.” Pseudolus autem dum currit, “ Nōn sum fūr,” exclāmāvit. “Nōlite mē comprehendere. Nōn comprehendendus sum. Currō spōnsiōnis vincendae causā. Bini calcei sunt pignus.” Cīvēs igitur eum nōn comprehendērunt sed abire sīvērunt. Itaque Pseudolus noster, qui binōs calceōs grātis adeptus erat, laetus domum abivit.



## 15. SCAEVOLA

### Revision

#### SCAENA PRIMA

*(Rōmae, a.d. quartum Idūs Māiās. Valerius Lūcrētiusque cōnsulēs et aliī senātōrēs in Cūriā sedent. Populus extrā Cūriam exclāmat.)*

Populus : Dā nōbīs cibum ! Dā nōbīs frūmentum !

Valerius : Tōtum iam annum, patrēs cōscriptī, Lars Porsenna cum Etrūscīs suīs urbem nostram obsidet. Novum igitur cōsiliū nōbīs capiendum est, quō eum vincāmus.

Lūcrētius : Rectē dicis, ō Valerī. Oportet nōs novum cōsiliū capere Porsennae vincendī causā. Sed quid est hoc novum cōsiliū ? Omnia iam frustrā explōrāvimus.

Populus : Dā nōbīs cibum ! Dā nōbīs frūmentum !

Herminius : (*senātor*) Audītisne, patrēs cōscriptī, populum exclāmantem ? Rogant nōs ut frūmentum eis dēmus.

Vitellius : (*alius senātor*) Sed quō modō frūmentum invenīre possumus ? Omne iam cōsumptum est, et omnēs agrī ab Etrūscīs vastātī sunt.

Populus : Dā nōbīs cibum ! Dā nōbīs frūmentum !

Valerius : Lictor, imperā cīvibus ut taceant nēve tantum sonitum faciant.

Lictor : (*ad iānuam Cūriae*) O cīvēs, cōsul vōbīs imperat nē tantum sonitum faciātis. Namque senātōrēs dēliberāre nōn possunt.



- Populus : Abī, fūrcifer ! Imperā cōsulī ut pācem cum Etrūscīs compōnat. Dā nōbīs cibum ! Dā nōbīs frūmentum !
- Vitellius : Nisi populō cibum dederis, Valerī, cīvēs nōn conciliābis. Male, ut mihi vidētur, Brūtus rēgēs expulit.
- Valerius : Dē mortuīs, Vitellī, nihil nisi bonum dicendum est.
- Vitellius : Rēgēs autem populum semper conciliābant. Namque omnia eis dabant.
- Populus : Dā nōbīs cibum ! Dā nōbīs frūmentum ! Cōsulēs ad Etrūscōs !
- Cīvis : Tacēte ! Ecce ! Gāius Mūcius venit, quī nōs servābit.
- Populus : Gāius Mūcius nōs servātūrus est. Gāium Mūcium ! Gāium Mūcium !
- Gāius Mūcius : (*iuvenis quīdam nōbilis*) Tacēte, ō cīvēs, nē senātōrēs dēliberantēs turbētis. Cōnsilium habeō, quō vōs servem.  
(*Gāius Mūcius Cūriam intrat.*)
- Valerius : Quid vīs, iuvenis ?
- Mūcius : Tiberim trānsīre, patrēs cōscriptī, et castra hostium intrāre volō.
- Herminius : Num frūmentum ex hostium castrīs ablātūrus es ?
- Mūcius : Nōn sum fūr. Melius cōnsilium cēpī. Namque Porsennam ipsum gladiō meō mediīs in castrīs interficiam. Tū, ō cōsul, imperā custōdibus nē mē exeuntem retineant.
- Lūcrētius : Et quid accidet sī tū ipse interfectus eris ?
- Mūcius : Multī aliī post mē proficīscuntur ad eadem facienda vel patienda.
- Populus : Gāius Mūcius nōs servābit. Mūcius nōs servātūrus est. Gāium Mūcium ! Gāium Mūcium !



## SCAENA SECUNDA

*(Trāns Tiberim. In castrīs Etrūscōrum, a.d. tertium Idūs Māiās. Militēs in ordinibus stant quō celerius stīpendia accipiant. Rex Porsenna ad āram sacrificat.)*

Porsenna : O Iuppiter optime maxime, grātiās tibi agimus quam maximās quod hostēs semper vincimus.

*(Aram relinquit et ad mēnsam sedet, in quā est multa pecūnia.)*

Nunc, scrība, sedē prope mē, ut militibus stīpendia rectē distribuāmus.

Scrība : *(Vestēs paene rēgālēs gerit.)* Omnia iam parāta sunt, ō rex, ut stīpendia militibus distribuāmus *(ē libellō recitāns)* Primō centuriōnī primae legiōnis vīginti assēs.

Porsenna : Primō centuriōnī primae legiōnis vīginti assēs.

*(Centuriō primus ad mēnsam accēdit ad stīpendium accipiendum.)*

Scrība : Secundō centuriōnī primae legiōnis quindecim assēs.

Porsenna : Secundō centuriōnī primae legiōnis quindecim assēs.

*(Centuriō secundus ad mēnsam accēdit stīpendiū accipiendū causā.)*

Scrība : Tertiō centuriōnī primae . . .

*(C. Mūcius subitō intrat et gladiō scrībam nōn rēgem interficit.)*

Mūcius : Sic pereunt omnēs, quī urbem Rōmam obsidēre audent.

Centuriō Primus : Hostis adest ! Scrībam iam interfēcit. Comprehendite eum, militēs, nē rēgem ipsum interficiat.



Mūcius : Viam mihi gladiō meō aperiam. Nēmō mihi obstāre poterit.

*(Effugere cōnātur, sed Etrūscī eum comprehendunt et ad rēgem retrahunt.)*

Porsenna : Quis es, iuvenis, quī tam audācter in castra nostra vēnistī ?

Mūcius : Rōmānus sum cīvis; Gāium Mūcium mē vocant. Hostem interficere voluī. Mortem meam nōn timeō sed tuam volō. Et facere et patī fortia Rōmānī solent.


Porsenna : Id quod mox visūrī sumus. Nam mors certē crūdēlissima tibi patienda erit.

Mūcius : Licet tibi mē interficere, sī vis ; nam multi iuvenēs Rōmānī ad tē interficiendum ventūrī sunt.

Porsenna : Oportet nōs igitur exemplum in tē facere, ut aliis obstēmus. Ferte ignem, militēs, quō hunc Mūcium incendāmus.


Mūcius : *(Manum dextram in igne, quī in ārā ardet, diū tenet.)*  
Ecce, Porsenna ! Corpus vile est eis qui patriam amant.

Porsenna : Abī, iuvenis audācissime. Tibi magis quam mihi nocēre ausus es. Sī multi aliī post tē ventūrī sunt, quī eadem facere audeant, numquam Rōmānōs



ARA

vincam. Rōmam igitur liber abī et pācem mihi cum Rōmānis compōne. Multi postea tibi cognōmen Scaevolam ā clāde dextrae dabunt. Quod cognōmen ego nunc honōris causā tibi dō.



### CASTRÀ ROMANA

- |                            |                                |
|----------------------------|--------------------------------|
| 1. Praetōrium              | 12. Militēs legiōnārii         |
| 2. Forum                   | 13. Porta praetōria            |
| 3. Quaestōrium             | 14. Porta decumāna             |
| 4. Lēgāti                  | 15. Porta principālis dextra   |
| 5. Praefecti sociōrum      | 16. Porta principālis sinistra |
| 6. Tribūni                 | 17. Via principālis            |
| 7. Equitēs dēlecti         | 18. Via quintāna               |
| 8. Peditēs dēlecti         | 19. Ara                        |
| 9. Equitēs extraordinārii  | 20. Vallum                     |
| 10. Peditēs extraordinārii | 21. Fossa                      |
| 11. Auxilia                | 22. Statiōnēs                  |

## Ars Grammatica—V

### PARTICIPIUM FUTURUM

**pulsō-āre-āvi-ātus**

pulsātūrus-a-um

**tangō-ere-tetigi-tactus**

tactūrus-a-um

**retineō-ēre-retinui-retentus**

retentūrus-a-um

**capiō-ere-cēpi-captus**

captūrus-a-um

**sepeliō-ire-sepelivī-sepultus**

sepultūrus-a-um

NOTA BENE :-—

**sum-esse-fui- ———**

futūrus-a-um

**eō-ire-ii- ———**

itūrus-a-um



## 16. FABULA LACRIMOSA

### Indirect Speech

#### Exercitātiō

*(Avus, quī surdus est, librum legere temptat : Marcus, quī loquax est, pēnsu scribere cōnātur.)*

Marcus : Hic libellus sordidus est.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Dīcō hunc libellum sordidum esse.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Dīxī hunc libellum sordidum esse.



Marcus : Ego ex oculīs labōrō.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Dīcō mē ex oculīs labōrāre.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Dīxī mē ex oculīs labōrāre.

Marcus : Hic stilus male scribit.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Dīcō h . . . stil . . . male scrib . . .

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Dīxī h . . . stil . . . male scrib . . .

Marcus : Hoc pēnsu difficile est.

Avus :

Marcus : Dīcō . . . . .

Avus :

Marcus : Dīxī . . . . .

Marcus : Magistrum nōn amō.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Negō mē magistrum amāre.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Negāvī . . . . .

*(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū legit.)*

Marcus : Magister mihi pēsum difficillimum dedit.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Dīcō magistrum mihi pēsum difficillimum dedisse.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Dīxī magistrum mihi pēsum difficillimum dedisse.

Marcus : Ego nōn peccāvī.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Negō . . . peccāv . . .

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Negāvī . . . . .

Marcus : Sērō ad lūdum nōn vēnī.

Avus :

Marcus : Negō . . . . .

Avus :

Marcus : Negāvī . . . . .

Marcus : Fortasse magistrum fefellī.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Hominem magistrō crūdēliōrem nōn vidī.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

*(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū legit.)*

Marcus : Pater mihi auxilium nōn dabit.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Negō patrem mihi auxilium datūrum esse.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus : Negāvī patr . . . mihi auxilium datūr . . . esse.

Marcus : Hoc pēnsū nōn faciam.

Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?

Marcus : Negō . . . hoc pēnsū factūr . . . . .

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?

Marcus :

Marcus : Magister mē vīrgīs caedet.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Sine dubiō lacrimābō.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Ad cubiculum ibō.

Avus : (*subitō*) Dīcisne . . . ad cubiculum . . . . . ?

Marcus : Ita vērō. Dīxī . . . ad cubiculum . . . . .

Avus : Dīs grātiās agō.



Ars Grammatica—VI

INFINITIVUS MODUS

	TEMPUS PRAESENS		TEMPUS PERFECTUM	
	Vox ACTIVA	Vox PASSIVA	Vox ACTIVA	Vox PASSIVA
pulsō	pulsāre	pulsārī	pulsāvisse	pulsātus esse
retineō	retinēre	retinērī	retinuisse	retentus esse
tangō	tangere	tangī	tetigisse	tactus esse
capiō	capere	capī	cēpisse	captus esse
sepeliō	sepelire	sepelīrī	sepelivisse	sepultus esse

NOTA BENE :—

sum	esse	—	fuisse	—
possum	posse	—	potuisse	—
eō	īre	—	īvisse (iisse)	—
faciō	facere	fieri	fēcisse	factus esse
ferō	ferre	ferri	tulisse	lātus esse
volō	velle	—	voluisse	—
mālō	mālle	—	māluisse	—
nōlō	nōlle	—	nōluisse	—

TEMPUS FUTURUM

	Vox ACTIVA	Vox PASSIVA
pulsō	pulsātūrus esse	pulsātum iri
retineō	retentūrus esse	retentum iri
tangō	tactūrus esse	tactum iri
capiō	captūrus esse	captum iri
sepeliō	sepultūrus esse	sepultum iri

NOTA BENE :—

<b>sum</b>	futūrus esse ( <i>or</i> fore)	
<b>possum</b>	( <i>use</i> posse)	
<b>eō</b>	itūrus esse	
<b>faciō</b>	factūrus esse	factum iri
<b>ferō</b>	lātūrus esse	lātum iri
<b>volō</b>	( <i>use</i> velle)	
<b>mālō</b>	( <i>use</i> malle)	
<b>nōlō</b>	( <i>use</i> nolle)	

## 17. DE PSEUDOLO ET VIGILIBUS

Olim Pseudolus noster magnum auri pondus abstulerat, et quia putāvit vigilēs sē aurum auferentem vīdisse, quam celerrimē fūgit. Et rectē putāvit ; namque rē vērā trēs vigilēs eum nōn solum aurum auferentem vidērunt, sed etiam fugientem secūtī sunt. Hī trēs vigilēs celeriter currēbant et, dum currunt, saepe dicēbant sē mox Pseudolum compre, hēnsūrōs esse, sed—mirābile dictū !—quamquam oculī-auribusque et nāsis ūsī sunt, eum nusquam invenire potuērunt.

Tandem ad dēversorium pervēnērunt, et primus vigil. “ Putātisne,” inquit, “amīcī, Pseudolum in hoc dēversorium intrāvisse?” Cui secundus vigil, “ Putō,” respondit. “ Nōne vidētis id quod in titulō scriptum est ? ” In titulō haec verba scripta sunt :—



Pseudolus noster scilicet Patavii nātus erat. Secundus igitur vigil, “ Sciō,” inquit, “ Pseudolum Patavinum esse. Itaque crēdō eum hūc intrāvisse. Nam fūrēs semper vinum grātis bibere volunt. Oportet nōs dēversorium intrāre.”

Primus autem vigil, “ Nōn oportet,” inquit, “ nōs intrāre. Pseudolus, ut opīnor, putāvit nōs crēditūrōs esse eum intrāvisse. Itaque nōn intrāvit.” Tertius autem vigil, “ Meā quidem sententiā,” inquit, “ amīcī, nōbīs quam celerrimē hūc intrandum est. Hic Pseudolus fūr callidissimus est, quī



callidissima cōnsilia in animō habet. Putāvit igitur nōs crēditūrōs esse eum nōn intrāvisse. Itaque intrāvit.”

“ Bene dīxistī,” respondit prīmus vigil. “ Semper crēdidi tē sapientissimum esse.” Trēs igitur vigilēs dēversōrium intrāvērunt. Omnia cubīcula omnēsque latebrās explōrāvērunt, sed Pseudolum nusquam invēnērunt. Namque Pseudolus noster non intrāverat sed praeter dēversōrium cucurrerat, quippe quī titulum legere nōn posset. Laetus igitur abīverat.

## 18. QUAESTIONES

### Indirect Questions

#### Exercitātiō

*(Avus, quī surdus est, librum legere temptat : Marcus, quī importūnus est, pēnsu scribere nōn cōnātur.)*

Marcus : Mī ave, cūr librum legis ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō cūr librum legās.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvisti ?

Marcus : Rogāvī cūr librum legerēs.

Avus : Quia legere volō, librum legō.

Marcus : Sed, mī ave, cūr librum legere vis ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō cūr librum legere velīs.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvisti ?

Marcus : Rogāvī cūr librum legere vellēs.

Avus : Quia legere mihi placet, librum legere volō.

Marcus : Sed, mī ave, cūr legere tibi placet ?

Avus :

Marcus : Rogō cūr legere tibi plac . . .

Avus :

Marcus : Rogāvī cūr legere tibi plac . . .

Avus : Quia liber carmina lepida continet, legere mihi placet.

Marcus : Sed, mī ave, quid est carmen lepidum?

Avus :

Marcus : Rogō . . . . .

Avus :

Marcus : Rogāvī . . . . .

Avus : Tacē et scribe pēnsu tuu.

Marcus : (*sibi dīcit*) Avus, ut mihi vidētur, nescit quid . . .  
carmen lepidu.

*(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū libru legit.)*

Marcus : Mī ave, unde libru illu ēmistī ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō unde libru illu ēmeris.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī unde libru illu ēmissēs.

Avus : Ab eō ēmī, quī libru mihi vendidit.

Marcus : Sed, mī ave, quis libru tibi vendidit ?

Avus :

Marcus : Rogō . . . . .

Avus :

Marcus : Rogāvī . . . . .

Avus : Is, quī libru scripsit, libru mihi vendidit.

Marcus : Sed, mī ave, quis libru scripsit ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Publius Ovidius Nāsō libru scripsit.



Marcus : Sed, mī ave, quālem nāsum  
habēbat hīc Publius Ovidius  
Nāsō ?


Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Tacē, abōminande, et scribe  
pēsum tuum.



P. OVIDIUS NASO

Marcus : (*sibi dīcit.*) Avus, ut mihi vidētur, nescit  
quālem . . . . .

(*Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū librum legit.*)

Marcus : Mī ave, quandō alium librum legēs ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō quandō alium librum lectūrus sis.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī quandō alium librum lectūrus essēs.

Avus : Ubi hunc librum perlēgerō, alium librum legam.

Marcus : Sed, mī ave, quandō librum illum perlegēs ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Ubi tū tacueris, hunc librum perlegam.

(*Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū librum legit.*)

Marcus : Mī ave, vīvitne adhūc Publius Ovidius Nāsō ?

Avus : Nōn possum audire. Quid rogās ?

Marcus : Rogō num adhūc vīvat Publius Ovidius Nāsō.

Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid rogāvistī ?

Marcus : Rogāvī num adhūc vīv . . . Publius Ovidius Nāsō.

Avus : Nōn vīvit adhūc Publius Ovidius Nāsō.

Marcus : Estne mortuus Publius Ovidius Nāsō ?

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Avus : Tacē, fūrcifer, et scribe pēnsu tuu.

Marcus : (*sibi dīcit*) Avus, ut mihi vidētur, nescit utrum  
Publius Ovidius Nāsō mortuus . . . necne.

## Ars Grammatica—VII

### SUBIUNCTIVUS MODUS

#### TEMPUS PERFECTUM

##### VOX ACTIVA

##### **pulsō-āre-āvi-ātus-ātūrus**

pulsāverim

pulsāveris

pulsāverit

pulsāverimus

pulsāveritis

pulsāverint

##### VOX PASSIVA

pulsātus sim

pulsātus sis

pulsātus sit

pulsātī simus

pulsātī sītis

pulsātī sint

Eōdem modō :—

##### **retineō-ēre-retinui-retentus-retentūrus**

retinuerim

retentus sim

##### **tangō-ere-tetigi-tactus-tactūrus**

tetigerim

tactus sim

##### **capiō-ere-cēpi-captus-captūrus**

cēperim

captus sim

##### **sepeliō-ire-sepelivī-sepultus-sepultūrus**

sepeliverim

sepultus sim

## TEMPUS PLUSQUAMPERFECTUM

## VOX ACTIVA

## VOX PASSIVA

**pulsō-āre-āvi-ātus-ātūrus**

pulsāvissem  
 pulsāvissēs  
 pulsāvisset  
 pulsāvissēmus  
 pulsāvissētis  
 pulsāvissent

pulsātus essem  
 pulsātus essēs  
 pulsātus esset  
 pulsāti essēmus  
 pulsāti essētis  
 pulsāti essent

Eōdem modō :—

**retineō-ēre-retinui-retentus-retentūrus**

retinuissem

retentus essem

**tangō-ere-tetigi-tactus-tactūrus**

tetigissem

tactus essem

**capiō-ere-cēpi-captus-captūrus**

cēpissem

captus essem

**sepeliō-ire-sepelivi-sepultus-sepultūrus**

sepelivissem

sepultus essem




## 19. DE PSEUDOLO ET VIATORE

Olim Pseudolus noster, dum iter facit, viātōrī cuiādam obviam ivit. Hic viātor grave onus umeris portābat. Pseudolus igitur eum rogāvit quid portāret, et ille sē magnum ferri pondus portāre respondit. Statim igitur eum rogāvit quis esset, et ille sē Artotrōgum esse respondit. Itaque Pseudolus eum tertium rogāvit cūr tāli nōmine nōminātus esset, et ille, “Quia parentēs,” respondit, “tāli nōmine mē nōmināvērunt.”

Dēinde Pseudolus Artotrōgum rogāvit cūr parentēs eum tāli nōmine nōmināvissent, sed ille, “Hoc tibi, importūne, explicāre nōn possum. Nam quī fuerint parentēs mei omninō nesciō. Nunc autem tū, quī multa mē rogāvistī, dīc mihi num liceat mihi quoque aliquid tē rogāre.” Cui Pseudolus, “Quidnī?” respondit. “Licet tibi rogāre quicquid vīs.”

Artotrōgus igitur eum rogāvit quandō Rōmam ventūrus esset. Sed Pseudolus ei nihil respondit nisi ‘Mēcum ambulā.’ Artotrōgus igitur cum Pseudolō diū ambulābat, sed postquam octō iam milia passuum ambulāvērunt, Artotrōgus, quippe quī irātus esset, Pseudolum iterum rogāvit quandō Rōmam ventūrus esset. Pseudolus autem sēcūrus iterum nihil respondit nisi ‘Mēcum ambulā.’

Artotrōgus igitur cum eō ambulāre perrēxit, sed post duās hōrās, quippe quī putāret Pseudolum insānum esse, eum quot milia passuum iam prōgressi essent rogāvit. Cui Pseudolus,



ARTOTROGUS

“ Sēdecim mīlia passuum, ut putō,” respondit. “ Dīc mihi igitur,” inquit Artotrōgus, “ sine morā quandō Rōmam ventūrus sim ; namque diūtius tēcum nōn ambulābō.” Simulatque haec dīxit, se eum baculō pulsātūrum esse minātus est. Pseudolus autem, “ Nōlī irāscī,” inquit, “ amīce, sed cōnsiste. Nunc enim tibi dicere possum quandō Rōmam ventūrus sis. Post quinque hōrās veniēs.”

Artotrōgus tamen attonitus eum rogāvit cūr antea hoc nōn dīxisset. Cui Pseudolus, “ Voluī,” respondit, “ invenire quam celeriter ambulārēs. Sed primum, amīce, ut Rōmam post quinque hōrās veniās, necesse est tibi tē vertere ; namque nunc nōn Rōmam sed Patavium ambulāmus.” Artotrōgus igitur maestus Rōmam rēpere coepit, sed Pseudolus laetus abivit.



20. ALIA FABULA LACRIMOSA

Indirect Speech (Main and Subordinate Clauses)

Exercitātiō

*(Avus, quī surdus est, librum legere temptat: Marcus, quī loquax est, pēnsu scribere cōnātur.)*

Marcus : Rogō cūr hīc liber sordidus sit.  
Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?  
Marcus : Dīcō mē rogāre cūr hīc liber sordidus sit.  
Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?  
Marcus : Dīxī mē rogāre cūr hīc liber sordidus esset.

Marcus : Nesciō cūr ex oculis labōrem.  
Avus : Nōn possum audire. Quid dīcis ?  
Marcus : Negō mē scire cūr ex oculis labōrem.  
Avus : Etiam nunc nōn audiō. Quid dīxistī ?  
Marcus : Negāvī . . . . . cūr ex oculis labōr . . .

Marcus : Rogō cūr hīc stilus male scribat.  
Avus :  
Marcus : Dīcō . . . . .  
Avus :  
Marcus : Dīxī . . . . .

Marcus : Nesciō cūr hoc pēnsu difficillimum sit.  
Avus :  
Marcus : Negō . . . . .  
Avus :  
Marcus : Negāvī . . . . .

*(Marcus aliquamdiū tacet : avus aliquamdiū legit.)*



Marcus : Magister pēsum mihi dat, quī nōn peccō.

Avus :

Marcus : Dicō magistrum pēsum mihi dare, quī nōn peccem.

Avus :

Marcus : Dixī magistrum pēsum mihi dare, quī nōn peccārem.

Marcus : Magister pēsum mihi dat, quī nōn peccāvī.

Avus :

Marcus : Dicō magistrum pēsum mihi dare, quī nōn peccāverim.

Avus :

Marcus : Dixī magistrum pēsum mihi dare, quī non peccāv . . .

Marcus : Magistrum nōn amō, quī pēsum mihi dat.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Fortasse magister pēsum mihi dedit, quia eum fefellī.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Hominem crūdēliōrem, quam hic magister est, nōn vidēbō.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Pater, quī cēnam edet, mihi auxilium nōn dabit.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Hoc pēnsū, quod difficillimum est, nōn faciam.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

Marcus : Hoc pēnsū, quod nōn faciam, difficillimum erat.

Avus :

Marcus :

Avus :

Marcus :

## 21. DE PSEUDOLO ET AEGROTIS


Olim Pseudolus noster, quippe quī pecūniam adipīscī vellet, simulāvit sē medicum sapientissimum esse, quī omnēs morbōs sārāre posset. Itaque summus medicus valētudinārii, in quo erant multī insānābilēs, Pseudolum ōrāvit ut eōs sārāret; quod Pseudolus prōmisit sē factūrum esse, sī multam pecūniam accēpisset. Summus igitur medicus prōmisit sē multam pecūniam ei datūrum esse, ubi aegrōtōs sārāvisset.

Itaque Pseudolus omnibus aegrōtis singulis sēcrētō hōc modō locūtus est. “Nōlī timēre, ō amīce; namque adfirmō tibi mē medicum sapientissimum esse, quī vōs omnēs sārāre possim. Prō certō enim habeō mē optimam medicīnam invēnisse, quae omnēs morbōs sānet, sed, ut hanc medicīnam compōnam, ūnus ē vōbis mihi interficiendus est. Nōlī tamen timēre, iterum precor, ō amīce; namque tē nōn interficiam. Unum modo alium interficiam, quem combūram. Dēinde cinerēs eius colligam, quōs ubi biberis, sine dubiō sārāberis. Dicō igitur mē eum interfectūrum esse, quī maximē aegrōtet. Quō melius invenīrem quis vestrum maximē aegrōtāret, hoc cōsiliū cēpi. Omnēs, quī sārī sunt, per iānuam currere iubēbō, et is quī ultimus currit, sine dubiō maximē aegrōtat. Ultimum igitur interficiam. Itaque tū, ubi mē iubentem audiveris, curre quam celerrimē, et cavē nē ultimus currās.”

Haec Pseudolus omnēs singulōs sēcrētō monuit. Dēinde summum medicum arcessivit, cui dixit sē omnēs insānābilēs, ut prōmisisset, sārāvisse. Medicus autem, quippe quī ipse aegrōtōs sārāre nōn posset, respondit sē ei nōn crēdere, quia nēmō hoc antea fēcisset neque umquam factūrus esset. Pseudolus igitur magnā vōce, “Omnēs,” exclāmāvit, “quī sārī estis, currite per iānuam.” Postquam haec audivērunt, omnēs, quamquam vehementer aegrōtābant, nōn solum per



iānuam sed etiam per fenestrās quam celerrimē concurrērunt. Dēinde Pseudolus, “ Ecce!” inquit, “ omnēs sānāvi.” Itaque summus medicus eī pecūniam dare coactus est. Laetus igitur Pseudolus abīvit.



## 22. CORIOLANUS

### SCAENA PRIMA

*(Rōmae, in Cūriā. Prīdiē Nōnās Novembrēs. Adsunt Cassius, Cominius, Menēnius, aliī sēnātōrēs.)*

Cominius : O patrēs cōscriptī, novī cōsulēs nōbīs creandī sunt. Nōmināte igitur duōs virōs, quōs optimōs fore putātis.

Cassius : Meā quidem sententiā, Cominius ipse optimus erit.

Menēnius : Ego quoque putō Cominium optimum cōsulem futūrum esse.

Senātōrēs : Fīat cōsul Cominius.

Cominius : Grātiās vōbīs agō, ō patrēs cōscriptī, quod mē iterum cōsulem creātis. Sed quis mēcum cōsul erit? Nēmō, ut mihi vidētur, melior erit quam Coriolānus.

Cassius : Dīc nōbīs, ō Cominī, cūr tibi placeat Coriolānus.

Cominius : Nōnne meministis cūr nōs Rōmānī eī nōmen Coriolānum indiderimus? Nōnne suā manū Volscōs vīcit Coriolōsque cēpit? Dīcunt enim Coriolānum forte castra dēfendisse, ubi hostēs ex urbe ērūperint. Eum cum paucīs militibus impetum hostium reppulisse, ipsum in hostēs impetum fēcisse, in urbem inrūpisse, omnia incendisse.

Cassius : Bene dixistī, Cominī. Placet mihi Coriolānus.

Menēnius : Mihi quoque placet. Gravis est et opus est nōbīs gravi duce, quī rem publicam servet. Nam plebs in patriciōs saevit.

*(Intrat Coriolānus.)*

Senātōrēs : Fiat cōsul Coriolānus quoque.

Coriolānus : Grātiās vōbīs agō, ō patrēs cōscriptī, quod mē cōsulem creātis. Prōmittō mē rem publicam servātūrum esse.

Menēnius : Primum autem ad Forum nōbīs eundum est, ut plēbem rogēmus num eī quoque placeant hī novī cōsulēs.

*(In Forum exeunt omnēs.)*

## SCAENA SECUNDA

*(In Forō. Adest plebs. Sicinius, tribūnus plēbis, apud plēbem orātiōnem habet.)*

Sicinius : Audite, Quiritēs.

Plebs : Audimus.

Sicinius : Māvultisne gladiō quam famē morī ?

Plebs : Gladiō ! Gladiō !

Sicinius : Stringite igitur gladiōs.

Plebs : Gladiōs stringimus.

Sicinius : Quis maximus nōbīs hostis est ?

Plebs : Coriolānus ! Coriolānus !

Sicinius : Quis igitur primus nōbīs interficiendus est ?

Plebs : Coriolānus ! Coriolānus !

Cīvis : Num, Sicinī, nōbīs imperās ut Coriolānum interficiāmus ? Nōnne scīs eum patriam servāvisse ?

Sicinius : Nōnne scītis eum superbissimum crūdēlissimumque esse ?

Plebs : Scīmus.

Sicinius : Nunc autem tacendum est. Namque eum cum Menēniō appropinquantem videō.

Menēnius : *(Cum Coriolānō intrat.)* Salvēte, Quiritēs. Quis est hīc tantus clāmor ? Cūr tantum clāmātis ? Nesciō cūr gladiōs manibus teneātis.



Sicinius : Senātōrēs autem bene sciunt cūr clāmēmus. Et mox nōn solum clāmābimus sed etiam gladiis ūtēmur. Nisi cibum nōbīs dederitis, ad Montem Sacrum sēcēdēmus.

Plebs : Sēcēdāmus ! Sēcēdāmus !

Menēnius : Patriciī sunt venter, ut ita dīcam, hūius reīpublicae, et vōs, Quiritēs, alia membra estis. Nisi alia membra ventrem cibum accipere sinunt, ea ipsa aegrōtāre incipiunt. Vōs patriciīs servīre dēbētis, ut patriciī vōs servent.

Cīvis : Bene dīxistī, Menēnī. Nōn sēcēssūrī sumus.

Plebs : Nē sēcēdāmus ! Nē sēcēdāmus !

Sicinius : Sed dīc nōbīs cūr adsit Coriolānus.

Menēnius : Senātōrēs eum cōnsulem mēcum creāre volunt. Placetne plēbī quoque ?

Sicinius : Nōn placet plēbī, quippe quī maximus nōbīs hostis sit.

Plebs : Nōn placet nōbīs Coriolānus. Interficate eum. Expellite eum.

Menēnius : Cavē, Coriolāne. Ego tē dēfendam.

*(Omnēs in Coriolānum impetum faciunt, quī fortiter sē dēfendēns ex urbe exit.)*

Coriolānus : Sic patriam nunc relinqūō sed mox regrediar.

### SCAENA TERTIA

*(Prope Rōmam in castrīs Volscōrum. Coriolānus cum Aufidiō, Volscōrum duce, cēnam edit.)*

Aufidius : Tibi propinō, Coriolāne, quod nōbīs auxilium dās. Etiam nunc nesciō cūr Rōmānōs reliqueris.

Coriolānus : Scis mē eōs quam maximē ōdisse, quod mē ex urbe expulerint. Nōn dubium est quīn eōs ulcīscar. Tē igitur, amice, adiuvābō, ut urbem expugnēs incendāsque.

Aufidius : Sciō tē mē adiūtūrum esse. Sed quis est hic clāmor ?

*(Militēs mulierēsque clāmantēs audiuntur.)*

Coriolānus : Mātrisne vōcem audiō ? Spērō mē ei resistere posse.

*(Veturia, māter Coriolānī, et Volumnia, uxor, cum filiīs intrant.)*

Aufidius : Ecce, Coriolāne, māter tibi uxorque et filii adsunt.

Coriolānus : Salvē, māter. Quam laetus tē videō ! Licetne mihi tē ōsculāre ?

Veturia : Nōlī mē ōsculāre. Scire volō utrum ad hostem vēnerim an ad filium. Sumne māter an captiva in castris tuis ? Nōne meministī Rōmae domum ac penātēs tibi esse, mātrem, uxōrem, filiōs ?

*(Mulierēs puerique lacrimantēs Coriolānum ōsculāre cōnantur.)*

Coriolānus : Abīte, mulierēs. Namque lacrimās vix retinere possum. Abīte ! Sī vultis, castra ab urbe movēbō.

*(Exeunt mulierēs puerique.)*

Aufidius : Quid dixistī ? Dixistine tē castra ab urbe mōtūrum esse ?

Coriolānus : Dixī.

Aufidius : Sed nōne anteā adfirmāvistī tē mē adiūtūrum esse, ut urbem expugnārem incenderemque ?

Coriolānus : Hoc quoque dixī.

Aufidius : Prōditor es ! Militēs ! (*Intrant militēs.*) Prōditor est Coriolānus. Ut patriam ōlim prōdidit, ita nunc nōs prōdere vult. Interficate eum. (*Militēs Coriolānum interficiunt.*) Corpus ad rogum portāte. Ira mē insānum reddidit. Sed necesse erit mihi castra movēre. Sine Coriolānō Rōmam expugnāre nōn poterō. Sic Rōma servābitur morte Coriolānī, ut ōlim audāciā eius servāta est.



## 23. DE VIRO AUDACISSIMO

### Ablative Absolute

#### Exercitātiō

Marcus et Sextus : Heri Pȳrgopolinīcēs noctū contrā hostēs pugnāvit.

Magister : Dīcite mihi quō modō pugnāverit.

Marcus : Sonum audīvit.

Magister : Postquam sonum audīvit, quid fēcīt?

Marcus : Cum sonum audīvisset, arma induit.

Sextus : Sonō audītō, arma induit.

Magister : Postquam arma induit, quid fēcīt?

Marcus : Cum arma induisset, mīlītēs convocāvit.

Sextus : Armīs indūtīs, mīlītēs convocāvit.

Magister : Postquam mīlītēs convocāvit, quid fēcīt ?

Marcus : Cum mīlītēs convoc . . . , ōrātiōnem habuit.

Sextus : Mīlit . . . convoc . . . , ōrātiōnem habuit.

Magister : Postquam ōrātiōnem habuit, quid fēcīt ?

Marcus : Cum ōrātiōnem hab . . . , mīlītēs ēdūxit.

Sextus : Orāt . . . hab . . . , mīlītēs ēdūxit.



PYRGOPOLINICES

Magister : Postquam militēs ēdūxit, quid fēcit ?

Marcus : Cum milit . . . ēdūx . . . , sonitum pedum appropinquantium audīvit.

Sextus . . . . . , sonitum pedum appropinquantium audīvit.

Magister : Postquam sonitum audīvit, quid fēcit ?

Marcus : Cum . . . . . , gladium omīsit.

Sextus : . . . . . , gladium omīsit.

Magister : Postquam gladium omīsit, quid fēcit ?

Marcus : Cum . . . . . , scūtum abiēcit.

Sextus : . . . . . , scūtum abiēcit.

Magister : Postquam scūtum abiēcit, quid fēcit ?

Marcus : Cum . . . . . , fūgit Pȳrgopolinīcēs.

Sextus : . . . . . , fūgit Pȳrgopolinīcēs.

Magister : Sed quī erant hostēs ?

Marcus : Equidem nesciō. Militēs autem nihil invēnērunt nisi asinum senīlem.

## 24. DE PATRE PSEUDOLI

Olim pater Pseudolī in lectō iacēbat ; nam in eō erat ut morerētur. Omnēs medicī multis medicīnis datīs eum sārāre nōn potuērunt. Itaque, cum ā medicīs certior factus esset sē mox moritūrum esse, trēs filiōs suōs domum vocāvit, ut opēs suās inter eōs distribueret. Cum igitur Pseudolus frātrēsque ēius duo advēnissent, pater eōs ad lectum suum convocāvit. Dum circum lectum stant, testāmentum suum tenuī vōce recitāvit.

Aquā exhaustā, primō filiō, “ Tibi,” inquit, “ mī fili, omnēs meōs agrōs dabō ; cole eōs fidēliter.” Quibus auditīs, primus filius, quī pius erat, “ Grātiās tibi quam maximās agō,” respondit, “ sed spērō deōs effectūrōs esse ut longius vivās, et eis ipse fruāris.” Quibus dictīs maestus ad agrōs suōs abīvit.

Dēinde pater, cum medicinam exhausisset, secundō filiō, “ Tibi,” inquit, “ mī fili, omnem meam pecūniam dabō ; ūtere eā bene.” Quae cum audivisset secundus filius, quī fidēlis erat, “ Grātiās tibi quam maximās agō,” respondit, “ sed spērō deōs effectūrōs esse ut longius vivās, et eā ipse fruāris.” Quibus dictīs maestior ad tabernam suam abīvit.

Tandem pater Pseudolum vīdit. Quō visō, statim vinum exhausit vinōque exhaustō ex ventre labōrāvit. Itaque





maximē irātus, “Tibi, ō scelerātissime,” exclāmāvit, “nihil dabō nisi ūnum assem, ut fūnem emās, quō tē suspendās.” Quae cum audīvisset (vel quibus auditīs) Pseudolus, quī sēcūrus erat, dulce rīdēns, “Grātiās tibi quam maximās agō,” respondit, “sed spērō deōs effectūrōs esse ut longius vivās, et eō ipse fruāris.” Quibus dictīs laetissimus ad dēversōrium reversus est.

## 25. DE EGNATIO

### Ablative Absolute : Present Tense

#### Exercitātiō

Marcus : Dum māter lacrimat,  
Sextus : vel mātrem lacrimante,  
Omnēs : Egnātius semper rīdet.

Marcus : Dum aliī dolent,  
Sextus : vel aliīs dolentibus,  
Omnēs : Egnātius semper rīdet.

Marcus : Dum soror lūget,  
Sextus : vel sorōr . . . lūg . . . ,  
Omnēs : Egnātius semper rīdet.

Marcus : Dum frātrēs amicum  
sepeliunt,  
Sextus : vel frātr . . . amicum  
sepel . . . ,  
Omnēs : Egnātius semper rīdet.

Marcus : Dum avunculus in lectō moritur,  
Sextus :  
Omnēs :

Marcus : Dum hostēs appropinquant,  
Sextus :  
Omnēs :

Marcus : Dum hostēs urbem incendunt,  
Sextus :  
Omnēs :



Marcus : Dum villa sua ardet,

Sextus :

Omnēs :

Marcus : Dum hostēs cīvēs interficiunt,

Sextus :

Omnēs :

Marcus : Dum cīvēs mortuōs in sepulcra impōnunt,

Sextus :

Omnēs :


Visne scīre cūr Egnātius semper rīdeat ? Num quia laetus est ? Minimē vērō, sed quia candidōs habet dentēs.



## 26. DE PSEUDOLO ET REGE

Olim Pseudolus noster, vigilibus dormientibus, magnum fūrtum fēcerat. Itaque, fūrtō inventō, rex, cum Pseudolum vī cēpisset, eum in exsilium expulit. “Nunc,” inquit rex, “ō scelerātissime, exsul es, et sī tē iterum in terrā meā invēnerō, nōn dubium est quīn tē interficiam.” Pseudolus autem, rēge haec dīcente, rīdēbat, et postea sēcūrus in terram rēgis ibat quāndōcumque volēbat.

Pseudolus igitur noster, dum quondam per hanc terram raedā vehitur, subitō rēgem appropinquantem cōspexit. Quō visō, statim sē interfectum irī putābat. Rēge igitur lentē appropinquante, Pseudolus ad agricolam, quī terram prope viam colēbat, accessit, et eum cūius terram coleret rogāvit. Cūi agricola, “Meam” respondit, “terram colō; namque tritavō mortuō atavus meus hanc terram accēpit, et cum atavus mortuus esset abavus meus accēpit; abavō autem mortuō, proavus meus accēpit, et cum proavus mortuus esset, avus meus accēpit; avus autem, dum moritur, patrī meō dedit, et ego patre iam moriente terram colō. Itaque nōn dubium est quīn haec terra mea sit.”



Quibus audītis, Pseudolus, “Vendēsne mihi,” inquit, “aliquantulum terrae?” Cūi agricola respondit sē libenter

hoc factūrum esse. Pseudolus igitur terram ēmit, quā raedam complēret. Quā emptā, agricolae, “ Nunc,” inquit Pseudolus, “ nōn dubium est quīn haec terra mea sit. Valē.” Quibus dictis, cum terram in raedam imposuisset, statim ascendit et sē in terram usque ad umerōs immersit.

Sed rex iam appropinquāverat et, cum Pseudolum agnōvisset, “ Quid,” rogāvit, “ in terrā meā facis? Nōne dixi mē tē interfectūrum esse, sī iterum in terrā meā invēnissem? ” Cui respondit Pseudolus, “ Nōn tuā in terrā sum, sed meā, quam ego meā ipse pecūniā ab agricolā ēmī.” Quibus dictis, Pseudolus noster, rēge irāscente, laetus abīvit.

## 27. ITERUM DE VIRO AUDACISSIMO

### Participles

#### Exercitātiō

Marcus et Sextus et Quintus : Heri Pȳrgopolinīcēs interdiū  
contrā hostēs pugnāvit.

Magister : Dīcite mihi quō modō contrā hostēs pugnāverit.

Marcus : Postquam *galeam* poliit, *eam* induit.

Sextus : Cum *galeam* poliisset, *eam* induit.

Quintus : *Galeam polītam* induit.

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Postquam *scūtum* poliit, *id* sustulit.

Sextus : Cum *scūtum* poliisset, *id* sustulit.

Quintus : *Scūtum polītum* sustulit.

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Postquam *lōricam* poliit, *eam* induit.

Sextus : Cum . . . . .

Quintus : *Lōric . . . polīt . . .* induit.

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Postquam *caligās* invēnit, *eās* induit.

Sextus :

Quintus :

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Postquam *gladium* invēnit, *eum* cēpit.

Sextus :

Quintus :



Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Postquam *gladium* cēpit, *ēius* balteum sibi circumdedit.

Sextus :

Quintus :

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Dum *fīlius* lacrimat, *eī* ōsculum dedit.

Quintus : *Fīliō lacrimantī* ōsculum dedit.

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Dum *uxor* lacrimat, *eī* ōsculum dedit.

Quintus : *Uxōr . . . lacrimant . . .* ōsculum dedit.

Magister : Dēinde quid fēcit ?

Marcus : Dum *fīlius* lacrimat, *eum* reliquit.

Quintus :

Magister :

Marcus : Dum *uxor* lacrimat, *eam* reliquit.

Quintus :

Magister :

Marcus : Dum *hostēs* appropinquant, *eōs* audīvit.

Quintus :

Magister :

Marcus : Postquam *hostēs* audīvit, *eōrum* gladiōs timuit.

Sextus :

Quintus :

Magister :

Marcus : Dum *hostēs* appropinquant, *eōs* timuit.

Quintus :

Magister :

Marcus : Postquam *scūtum* sustulit, *id* abiēcit.

Sextus :

Quintus :

Magister :

Marcus : Postquam *gladium* strinxit, *eum* abiēcit.

Sextus :

Quintus :

Magister :

Marcus : Postquam *galeam* exuit, *eam* abiēcit.

Sextus :

Quintus :


Magister :

Marcus : Dum hostēs impetum faciunt, celeriter fūgit.

Quintus : Hostibus impetum facientibus, celeriter fūgit.

Magister : Sed quī erant hostēs ?


Marcus : Equidem nesciō. Mīlitēs autem nihil invēnērunt nisi asinum senilem.



## 28. DE PSEUDOLO ET GALLINIS

Olim Pseudolus noster omnem pecūniam ab aliis ablātā āmisit. Valdē igitur ēsuriēbat, et ad divitem quemdam, qui multum cibum in aedibus collectum habēbat, prōgressus est. Ad quem prōgressus rogāvit quandō sibi cēnam datūrus esset. Quibus auditis, dives ei gallinās suās in agrōs dimissās mōnstrāvit et, “Sī,” inquit, “omnēs hās centum gallinās, quae nunc lātē per agrōs vagantur, ad mē attuleris neque manibus tuis tetigeris, cēnam tibi dabō.” Quibus conditionibus auditis, Pseudolus cōnsilium iniit, quō gallinās ad divitem addūceret nēve manibus suis tangeret.

Primum pānem lapidōsum in limō relictum invēnit. Dēinde quinquāgintā fīla capta inter sē coniunxit. Postea ad centum extrēmās partēs hōrum quinquāgintā filōrum sic coniunctōrum aliquantulum pānis adligāvit. Quibus factis, hanc māchinam ad dolum parātā in terrā disposuit, sed fīla celāvit, nē gallinae ea vidēre possent. Gallinae autem, quamquam fīla in terrā disposita vidēre nōn poterant, pānem passim dispositum vidērunt. Quem visum statim omnēs simul rostris suis petivērunt. Sic captae sunt gallinae; neque enim pānem rostris captum dēvorāre poterant, quod altera gallina alteram extrēmam fili partem summā vī trahēbat, neque pānem in gulā haerentem reicere poterant. Namque māior erat pānis quam quem reicerent.





Pseudolus igitur, cum gallinās sē liberāre cōnantēs vidisset, fila coniuncta dextrā cēpit. Sic omnēs gallinās filis captās neque manibus suis tactās ad dīvitem addūxit, quī cēnam bene meritam eī dedit. Laetus igitur abīvit.

## 29. CATILINA

### SCAENA PRIMA

*(Domī apud Catilinam. Adsunt Catilīna, Cethēgus, Varguntēius, Crassus, Cūrius.)*

Cethēgus : Rogāmus, Catilīna, cūr hic omnibus servis  
āmōtis cēnēmus.

Crassus : Rogāmus quoque cūr hic omnibus iānuīs clausis  
maneāmus.

Catilīna : Omnia vōbīs expōnam. Sciō enim vōs omnēs  
fortēs fidēlēsque mihi esse. Quam ob rem vōs  
hūc convocāvi. Vōs nōn solum fortēs  
fidēlēsque estis sed etiam oppressi pauperēsque.

Crassus : Ego autem . . .

Catilīna : Veniam, Crasse, mihi dā. Tū sōlus inter nōs opēs  
habēs, quibus, ut sciō, prō pauperibus tuis  
amicis ūti vis. Nōne tū, Cūri, ē senātū ā  
cēnsōribus expulsus es ?

Cūrius : Vēra dicis.

Catilīna : Nōne Cicerō, Varguntēie, effēcit ut tū apud  
praetōrem damnārēris.

Varguntēius : Falsa dixit Cicerō.

Catilīna : Pauci, duce Cicerōne, rem publicam gubernant,  
dum nōs, boni atque nōbilēs, ab eis opprimimur.  
Quōusque tandem haec patiēmini ?

Cethēgus : Gladiis strictis, ut mihi vidētur, ūti nōs oportet.

Catilīna : Lēgibus prius ūti oportet. Spērō mē cōsulem  
cum Cicerōne futūrum esse.

Varguntēius : Sed quid si cōsul nōn factus eris ? Quid tum  
faciēs ?

- Catilīna : Armīs nōs ipsī liberābimus.
- Crassus : Sed quō modō ? Quandō ?
- Catilīna : Sanguine Cicerōnis effūsō amicōrumque ēius.  
Ecce ! sanguinem hūmānum in hāc urnā collec-  
tum habeō. Oportet vōs omnēs hōc exhaustō  
in rem publicam coniūrāre.
- Omnēs : (*dum bibunt*) Bibimus et coniūrāmus.
- Catilīna : Tū, Cūrī, nōn bibistī. Cūr bibere nōn vīs ?
- Cūrius : Bibere mihi nōn placet.
- Varguntēius : Bibe, scelerātissime. Nisi hunc sanguinem  
biberis, sanguinem tuum effundam.
- Cūrius : Nōlite irāsci. Iam bibō. (*Bibit Cūrius quoque.*)
- Catilīna : Nunc, sanguine exhaustō, omnia vōbīs expōnam.  
Pīsō, amicus meus, exercitum in Hispāniā habet.  
Multa arma passim cēlāta habēmus. Nisi cōnsul  
factus erō, bellum rei publicae indicēmus.
- Crassus : Bellum dīcis ?
- Cethēgus : Bellum dīcit et rectē dīcit.
- Catilīna : Servi quoque nōs adiuvābunt. Gallī quoque  
auxilium nōbīs dabunt. Dīvitēs interficiēmus  
opēsque eōrum capiēmus.
- Omnēs : Bellum rei publicae indicāmus.
- Catilīna : Et quid dē Cicerōne illō ?
- Varguntēius : Cum dē Cicerōne rogēs, ego respondēbō. Ego eum  
in lectō suō dormientem hāc ipsā nocte inter-  
ficiam.
- Catilīna : Grātiās quam maximās, amīcī fidēlissimī, vōbīs  
agō. Nunc autem abeundum est. Tacitī et  
singulī abīte, nē quis nōs suspicētur.



## SCAENA SECUNDA

*(Domī apud Fulviam. Adest Fulvia. Intrat Cūrius.)*

Fulvia : Salvē, mī amice. Cūr tam sērō venīs ?

Cūrius : Cēnāvī.

Fulvia : Quibuscum cēnāvistī ?

Cūrius : Cum Crassō et Cethēgō cēnāvī.

Fulvia : Apud quem cēnāvistī ?

Cūrius : Rogās apud quem cēnāverim ?  
Apud . . .

Fulvia : Nōlī mentīrī : namque iam sciō.  
Servus meus tē vīdit Catilīnae  
villam intrantem.

Cūrius : Apud Catilīnam, ut dīcis, cēnāvī multisque dictis et  
audītis ad tē veniō.

Fulvia : Multisque exhaustis. Quid bibistī ? Quid in ōre tuō  
videō ? Num sanguinem ?

Cūrius : Sanguinem dīcis ?

Fulvia : Num rē vērā sanguinem bibistī ? Vix crēdere  
possum.

Cūrius : Veniam mihi dā. Namque omnia tibi expōnam.  
Sanguinem hūmānum bibī.

Fulvia : A tē abhorreō. Cūr sanguinem bibistī ?

Cūrius : Con . . . con . . . coniūrāvimus in rem publicam.

Fulvia : O prōditōrēs ! Venī mēcum.

Cūrius : Quō abīs ?

Fulvia : Ad Cicerōnem.

Cūrius : Sed, ō dēliciae . . .

Fulvia : Dēliciae ! Numquam postea tē amābō nisi mēcum  
vēneris Cicerōnique omnia exposueris.

Cūrius : Sed coniūrāvī. Nihil mihi expōnere licet.

Fulvia : Eī, quī cum tālibus coniūrāvit, omnia expōnere licet.  
Sed cum ita dicās, cēnsōrēs vocābō. Venī mēcum.


Cūrius : Tēcum veniam.



FULVIA

## SCAENA TERTIA

*(In templō. Adsunt senātōrēs, inter quōs sunt et Cicerō et Catilīna et Catō.)*



Cicerō : Quōusque tandem abūtēris, Catilīna, patientiā nostrā? Nōne intellegis nōs omnēs iam dē coniūrātiōne tuā bene scīre? Quid proximā nocte fēcistī? Ubi fuistī? Quōs convocāvistī? Quid bibistī?

O tempora! O mōrēs! Senātōrēs haec omnia sciunt. Cōsul eum videt. Hīc tamen Catilīna vivit. Vivit? Immō vērō etiam in senātum gladiō paene strictō vēnit. Sed meā quidem sententiā oportet cōsulem iubēre tē, Catilīna, ad mortem dūcī.

Catilīna : Nōlite, ō patrēs cōscriptī, Cicerōnī crēdere. Cōfiteor mē pauperem esse. Omnēs tamen pauperēs nōn sunt prōditōrēs. Ego et māiōrēs meī quam plūrimū rei publicae auxilium dedimus. Putātisne igitur mē patriam perdere velle?



Cicerō : Quō modō haec verba, ō patrēs, patī potestis ?

Senātōrēs : Hostis ! Interficite eum ! Expellite eum !

Catilīna : Inimicī mē in exsilium agunt. Sed Rōmam incendam ut eōs ulciscar.

*(Exit Catilīna.)*

Cicerō : Habet, patrēs cōscriptī, habet arma in Etrūriā cēlāta ; habet exercitum servōrum et perditōrum hominum. Quā rē dē salūte vestrā populique Rōmānī diligenter ac fortiter dēliberāte.

Catō : Meā quidem sententiā Antōnius mittendus est Catilinae necandī causā cōsulēsque vidēre dēbent nē quid dētrimentī capiat rēs publica.

Senātōrēs : Rectē dicit Catō. In Catōnis sententiam pedibus imus.

#### SCAENA QUARTA

*(Aliquot post annis in agrīs suis duo militēs, stīpendia ēmeriti, labōrant.)*

Miles Primus : Salvē, amice. Crēscuntne segetēs ?

Miles Secundus : Salvē tū quoque. Bene crēscunt.

Miles Primus : Scisne quis sit diēs ?

Miles Secundus : Bene sciō. Diēs est quō Catilīna ille contrā rem publicam pugnāvit.

Miles Primus : Ego in Catilinae exercitū pugnāvī.

Miles Secundus : Et ego in Antōniī.

Miles Primus : Tē strictō gladiō in mē currentem vidī.

Miles Secundus : Et ego tē in mē.

Miles Primus : Uterque igitur ab alterō, relictō nōn bene scūtō, fūgit.

Miles Secundus : Quidnī ? Is enim, quī in bellō fugit, ut agrōs colat postea vivit.

Miles Primus : Catilīna autem nōn fūgit.



Miles Secundus : Tū enim sciēbās ?

Miles Primus : Sciēbam. Cīvis malus erat sed optimus imperātor. In bellō adversis vulneribus mortuus est. Cadāver ēius longē ā suīs inter hostium cadāvera invēnērunt. Etiam tum vultus ēius ferox erat.

Miles Secundus : Omnēs autem morī dēbent.

Miles Primus : Rectē dicis, amīce, et dīvitēs et pauperēs, et optimī et scelerātissimī. Cūrā ut valeās.

Miles Secundus : Tū quoque.

## 30. DE BIBULO

### Consecutives

#### Exercitātiō

Quintus : Quam antiquum vinum bibit Bibulus !

Sextus : Quāle vinum bibit Bibulus ?

Septimus : Tam antiquum vinum bibit Bibulus,

Omnēs : ut statim obdormiat.

Quintus : Quam antiquum vinum bibēbat Bibulus !

Sextus : Quāle vinum bibēbat Bibulus ?

Septimus : Tam antiquum vinum bibēbat Bibulus,

Omnēs : ut statim obdormiret.

Quintus : Quam dulce vinum bibit Bibulus !

Sextus : Quāle vinum bibit Bibulus ?

Septimus : Tam dulce vinum bibit Bibulus,

Omnēs :

Quintus : Quam dulce vinum bibēbat Bibulus !

Sextus : Quāle vinum bibēbat Bibulus ?

Septimus : . . . dulce vinum bibēbat Bibulus,


Omnēs :

Quintus : Quam celeriter vinum bibit Bibulus !

Sextus : Quō modō bibit Bibulus ?

Septimus : . . . celeriter bibit Bibulus,

Omnēs :



Quintus : Quam celeriter vinum bibēbat Bibulus !

Sextus : Quō modō bibēbat Bibulus ?

Septimus : . . . celeriter bibēbat Bibulus,

Omnēs :

Quintus : Quam avidē vinum bibit Bibulus !

Sextus : Quō modō bibit Bibulus ?

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quam avidē vinum bibēbat Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quantum vinī bibit Bibulus !

Sextus : Quantum vinī bibit Bibulus ?

Septimus : Tantum vinī bibit Bibulus,

Omnēs :

Quintus : Quantum vinī bibē-  
bat Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quanta pōcula bibit  
Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quanta pōcula bibēbat Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :



BIBULUS



Quintus : Quāle vīnum bibit Bibulus !

Sextus : Quāle vīnum bibit Bibulus ?

Septimus : Tāle . . . . . ,

Omnēs :

Quintus : Quāle vīnum bibēbat Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quot pōcula bibit Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quot pōcula bibēbat Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quot urnās bibit Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Quot urnās bibēbat Bibulus

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Ita bibit Bibulus !

Sextus : Quō modō bibit Bibulus ?

Septimus : Ita bibit Bibulus,

Omnēs : ut nōn iterum bibat

Quintus : Ita bibēbat Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Ita dormit Bibulus !

Sextus :

Septimus :

Omnēs :

Quintus : Ita dormiēbat Bibulus !

Sextus :

Septimus :


Omnēs .

Sextus : Cūr nōn iterum bibet Bibulus ?

Omnēs : Eheu ! Bibulus noster mortuus est.

### 31. DE PSEUDOLO ET ALVEO

Olim Pseudolus noster tam fessus erat ut dormire cuperet, sed tantus erat ardor sōlis ut umbram quaerere dēbēret. Tālis autem erat nātūra locī ut nulla arbor ibi crēsceret, quae umbram ei praebēret. Ivit igitur ad locum dēsertum, ubi multī et vacuī alveī erant, quōrum ūnus tantus erat ut hominem facile continēret. Quō visō Pseudolus, “ Quid,” sē rogāvit, “ mihi obstat quōminus in alveum illum inrēpam et dormiam?” Quibus rogātis, “ Nihil, amice,” sibi respondit, “ tē prohibet quōminus hoc faciās.” Cum igitur in alveum inrēpsisset, statim obdormiuit. Ita autem dormiēbat ut ad sōlis occāsum nōn expergiscerētur.



Tandem cum nox advēnisset, duo fūrēs eō vērunt, quippe quī ūnum alveum auferre cuperent. Quōrum prior, “ Nox,” inquit, “ amice, tam tenēbricōsa est ut nēmō nōs vidēre possit : neque vigilēs adsunt. Nihil igitur nōbis obstat quōminus alveum auferāmus.” Cui fūr alter, “ Bene dīcis,” respondit. “ Alveum auferāmus. Equidem vērō dē apibus nihil intellegō, sed gravissimum alveum audīvī plūrimum mel continēre.” “ Oportet nōs igitur,” inquit fūr prior, “ gravissimum alveum quaerere.” Cui fūr alter, “ Ita vērō,” respondit, “ gravissimus alveus nōbis quaerendus est.”



Omnēs igitur alveōs singulōs sustulērunt, ut invenīrent quis gravissimus esset. Mox ad eum alveum vērunt, in quō Pseudolus noster dormiēbat. Hic alveus eis plūrimum mel continēre vidēbātur. Tam gravis autem erat ut vix tollere possent. Tandem alveō manibus sublātō fūgerunt.

Sed Pseudolus noster mōtū excitātus, cum eōs intēr sē loquentēs audivisset, cognōvit eōs fūrēs esse. Statim sibi, “Haud dubium est,” inquit, “quīn hī duo fūrēs, sī me in hōc alveō invēnerint, mē interfectūrī sint. Mihi igitur effugiendum est. Sed quō modō effugiam? Namque hī duo fūrēs tam fortēs esse videntur et adeō celeriter currunt ut vix ex alveō exire possim.”


Effugietne Pseudolus? Quō modō effugiet? Quid tū cēnsēs, ō optime lector? Lege proximam nostram fābulam.

32. DE FRATRIBUS TIMIDIS

Verbs of Fearing

Exercitātiō

Frāter Prīmus :                    Hostis mē vidēbit.  
Frāter Secundus :                Timeō nē hostis mē videat.  
Anima Frātris Primī :        Putābam hostem mē visūrum esse.  
Anima Frātris Secundī :      Timēbam nē hostis mē vidēret.  
Anima Frātris Primī :        Hostis mē vīdit.  
Anima Frātris Secundī :      Timeō nē hostis mē viderit.



Frāter Prīmus :                    Hostis mē vincet.  
Frāter Secundus :                Timeō nē hostis mē vincat.  
Anima Frātris Primī :        Putābam hostem mē victūrum esse.  
Anima Frātris Secundī :      Timēbam nē hostis mē vinceret.  
Anima Frātris Primī :        Hostis mē vīcit.  
Anima Frātris Secundī :      Timeō nē hostis mē vīcerit.

Frāter Prīmus :                    Hostis mē interficiet.  
Frāter Secundus :                Timeō . . . . .  
Anima Frātris Primī :        Putābam hostem mē interfectūrum  
                                              esse.  
Anima Frātris Secundī :      Timēbam . . . . .  
Anima Frātris Primī :        Hostis mē interfēcit.  
Anima Frātris Secundī :      Timeō . . . . .

Frāter Primus : Frāter mē nōn dēfendet.  
 Frāter Secundus : Timeō ut frater mē dēfendat.  
 Anima Frātris Primī : Putābam frātre mē nōn dēfēn-  
 sūrum esse.  
 Anima Frātris Secundī : Timēbam ut . . . . .  
 Anima Frātris Primī : Frāter mē nōn dēfendit.  
 Anima Frātris Secundī : Timeō ut . . . . .

Frāter Primus : Trāns flūmen nōn natābō.  
 Frāter Secundus :  
 Anima Frātris Primī : Putābam mē trāns flūmen nōn natā-  
 tūrum esse.  
 Anima Frātris Secundī :  
 Anima Frātris Primī : Trāns flūmen nōn natāvi.  
 Anima Frātris Secundī :

Frāter Primus : In ulteriōrem rīpam nōn ēvādam.  
 Frāter Secundus :  
 Anima Frātris Primī : Putābam mē in ulteriōrem rīpam  
 nōn ēvāsūrum esse.  
 Anima Frātris Secundī :  
 Anima Frātris Primī : In ulteriōrem rīpam nōn ēvāsī.  
 Anima Frātris Secundī :

Frāter Primus : In Tartarum ibō.  
 Frāter Secundus :  
 Anima Frātris Primī : Putābam mē in Tartarum itūrum  
 esse.  
 Anima Frātris Secundī :  
 Anima Frātris Primī : In Tartarum ivi.  
 Anima Frātris Secundī :



Frāter Primus : In Tartarō manēbō.

Frāter Secundus :

Anima Frātris Primī : Putābam mē in Tartarō mānsūrum  
esse.

Anima Frātris Secundī :

Anima Frātris Primī : In Tartarō mānsī.

Anima Frātris Secundī :

Frāter Primus : Nōn iterum vivam.

Frāter Secundus :

Anima Frātris Primī : Putābam mē nōn iterum victūrum  
esse.


Anima Frātris Secundī :

Anima Frātris Primī : Nōn iterum vixī.

Anima Frātris Secundī :

### 33. ITERUM DE PSEUDOLO ET ALVEO

Pseudolos noster, ut meministi, in alveō erat, quem duo fūrēs noctū auferēbant. Cum timēret nē eum interficerent, cōsiliū cēpit quō effugeret. Manū ex alveō extendit et aurem dextram fūris, quī prior cēdēbat, vehementer vulsit. Statim ille, cum putāret alterum fūrem hoc fēcisse, “O pessime,” inquit, “cūr aurem meam vellis? Timeō nē alveus cadat; namque tam gravis est ut vix meis duābus manibus ferre possim. Cum tam gravis sit, nōn oportet tē mē impedire quōminus hoc faciam.” Cui alter, “Tacē, improbissime,” respondit. “Vereor nē errōrem fēceris. Ego nihil fēcī.”



Quibus auditis, mox Pseudolus manū iterum extendit, et nāsum fūris, quī posterior cēdēbat, vehementius pulsāvit. Statim ille, cum putāret alterum fūrem hoc fēcisse, “Quid facis, fūrcifer?” exclāmāvit. “Iam adfirmāvī mē nihil fēcisse, et nunc tū nāsum meum pulsās. Timeō nē alveum omittam.” Cui, “Vereor,” respondit alter, “nē tū insānus sis. Nōne tibi dixī alveum tam gravem esse ut vix meis duābus manibus ferre possem? Quō modō igitur tē pulsāre potuī? Timeō nē pugnandī cupidus sis. Nisi ā mē pulsārī vīs, nōlī tālia dicere.”

Quibus auditis, mox Pseudolus subridens manum iterum extendit, quā aurem sinistram priōris fūris vehementissimē vulsit. Statim ille, cum putāret alterum fūrem hoc fēcisse, alveum omisit et exclāmāvit. “ O impudice, scelerāte, bustirape, parricida, sacrilege, periūre, carnifex . . . iterumne aurem meam vellis ? Ego tibi nōn nocuī, sed vereor nē pugnax sis. Sī igitur pugnandī cupidus es, pugnēmus. Equidem tē nōn timeō.” Et statim pugnō ōs alterius pulsāvit. Sic rixa facta est. Illis inter sē pugnantibus, Pseudolus noster ex alveō ērēpsit et per tenebrās noctis laetus domum abivit.



## 34. MARCUS AQUAM A PUMICE POSTULAT

### Conditionals

#### Exercitātiō A

Marcus : Utinam dīves fuisset.

Quintus : Sed nōn fuistī.

Sextus : Quid fēcissēs, sī dīves fuissēs?

Marcus : Sī dīves fuisset, rēte habuissem.

Quintus : Sed nōn fuistī.

Marcus : Utinam rēte habuissem.

Quintus : Sed nōn habuistī.

Sextus : Quid fēcissēs, sī . . . . .?

Marcus : Sī . . . . ., manū tenuissem.

Quintus : Sed nōn habuistī.

Marcus : Utinam rēte manū tenu . . .

Quintus : Sed nōn tenuistī.

Sextus : Quid fēcissēs, sī . . . . .?

Marcus : Sī . . . . ., in rīpā sēd . . .

Quintus : Sed nōn tenuistī.

Marcus : Utinam in rīpā sēd . . .

Quintus : Sed nōn sēdistī.

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., piscēs vidēre potu . . .

Quintus : Sed nōn sēdistī.


Marcus : Utinam piscēs vidēre potu . . .

Quintus : Sed nōn potuistī.

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., piscēs cēp . . .

Quintus : Sed nōn potuistī.



Marcus : Utinam piscēs cēp . . . .

Quintus : Sed nōn cēpistī.

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., dītior factus essem

Quintus : Sed nōn cēpistī.

### **Exercitātiō B**

Marcus : Utinam dives essem.

Quintus : Sed nōn es.

Sextus : Quid facerēs, sī dives essēs?

Marcus : Sī dives essem, rēte habērem.

Quintus : Sed nōn es.

Marcus : Utinam rēte habērem.

Quintus : Sed nōn habēs.

Sextus : Quid facerēs, sī rēte habērēs?

Marcus : Sī . . . . ., manū ten . . .

Quintus :

Marcus : Utinam rēte manū ten . . .

Quintus : Sed nōn tenēs.

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., in ripā sed . . .

Quintus :

Marcus : Utinam in ripā sed . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., piscēs vidēre poss . . .

Quintus :

Marcus : Utinam piscēs vidēre poss . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., piscēs cap . . .

Quintus :



Marcus : Utinam piscēs cap . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., dītior fierem

Quintus :

### **Exercitātiō C**

Marcus : Utinam dīves sim.

Quintus : Sed nōn eris.

Sextus : Quid faciās, sī dīves sīs.

Marcus : Sī dīves sim, rēte habeam.

Quintus : Sed nōn eris.

Marcus : Utinam rēte habeam.

Quintus : Sed nōn habēbis.

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., manū ten . . .

Quintus :

Marcus : Utinam rēte manū ten . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., in rīpā sed . .

Quintus :

Marcus : Utinam in rīpā sed . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., piscēs vidēre poss . . .

Quintus :

Marcus : Utinam piscēs vidēre poss . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., piscēs cap . . .

Quintus :

Marcus : Utinam piscēs cap . . .

Quintus :

Sextus :

Marcus : Sī . . . . ., dītior fiam.

Quintus :

### 35. DE PSEUDOLO ET COLLIBUS

Olim Pseudolus noster iter per Alpēs cum amicō quōdam faciēbat et multī collēs eīs ascendendī dēscendendique erant. Amicus Pseudolī, dum collēs ascendit, lacrimābat, sed cum collēs ascendisset et iam dēscenderet, ut mōs est hominibus, rīdēbat. Pseudolus autem,—mirābile dictū!—dum collēs ascendit, rīdēbat, sed cum collem ascendisset et iam dēscenderet, contrā mōrem hominum, lacrimābat.

Amicus tandem, cum collem quemdam ascendisset, summō in colle, “O Pseudole,” inquit, “sī ego tū fuisset (quod nōn eram), cum collem ascenderēmus, lacrimāvissem; et nunc, dum in eō est ut dēscendāmus, sī ego tū essem (quod nōn sum), nunc rīdērem.”


Quibus auditis, Pseudolus, “Vereor,” respondit, “nē insānus sis. Namque sī tū ego fuissēs (et dīs grātiās agō quod nōn erās), cum collem ascenderēmus, tū idem fēcissēs quod ego fēcī; et nunc, dum in eō est ut dēscendāmus, sī tū ego essēs (et dīs grātiās agō quod nōn es), tū idem facerēs quod ego faciō.” Quibus dictis, Pseudolus quam cōpiōsissimē lacrimāre coepit.

Cuī amicus, “Dīc mihi igitur,” inquit, “cūr lacrimēs.” “Rīdeō,” respondit Pseudolus, “dum ascendō, quia putō alterum collis clivum mox mihi dēscendendum fore, et lacrimō, dum dēscendō, quia alium collem videō, quem mox mē ascendere oportēbit.”

Quibus dictis, iter perrēxit, et rīdēs collēs ascendēbat lacrimānsque dēscendēbat usque ad infinitum; nam tam cōpiōsē rīdēbat lacrimābatque ut viam perderet. Nēmō igitur eum posteā vīdit, neque dubium est quīn in Alpibus mortuus sub colle quōdam sepultus sit. Sunt autem quī dīcant eum



etiam nunc collēs ascendere et dēscendere. Et praetereā, si tū in Alpēs iter faciās (et spērō tē ōlim in Alpēs iter factūrum esse), intempestā nocte risūs alicūius collem ascendentis singultūsque dēscendentis audire possis.



## 36. JULIUS CAESAR

### SCAENA PRIMA

*(Intempestā nocte. In villā vātis cūiusdam.)*

Vātēs : Quam tenēbricōsa est nox ! Tālis est tempestās ut animae ex sepulcris surgere possint.

*(Audītur tonitrus. Intrat servus.)*

Servus : Salvē, domine. Multa prōdigia vidī.

Vātēs : Dic mihi igitur quae videris.

Servus : Ignem ē caelō cadentem vidī.

Vātēs : Nōn dubium est quīn deī irāscantur.

*(Iterum audītur tonitrus. Intrat servus secundus.)*

Servus Secundus : Salvē, domine. Plūra prōdigia vidī.

Vātēs : Dic mihi igitur quae videris.

Servus Secundus : Leōnem vidī in Capitōliō vagantem, quī omnēs fugābat. Equum album vidī in Tiberi natantem.

*(Iterum audītur tonitrus. Intrat servus tertius.)*

Servus Tertius : Salvē, domine. Plūrima prōdigia vidī. Animās vidī in viīs volantēs. Virōs in caelō vidī, quī ita inter sē pugnābant ut sanguine in Capitōlium plueret. Comētam maximum vidī, quī tōtam urbem illustrābat.

Vātēs : Pauperibus morientibus comētae nōn lūcent. In eō est igitur ut nōbilis quīdam moriātur. Iam victimam sacrificāvi. Extā eius mihi inspicienda sunt, ut videam quis sit hīc nōbilis. Ecce, cor animālis invenire nōn possum. Haud dubium est quīn Caesar ipse moritūrus sit. Quindecim lapidēs in ventre invēnī. Haec significant, ut mihi vidētur, Caesarem Idibus Martiis interfectum irī. Oportet mē eum monēre ut caveat. Nihil mihi obstābit quōminus Caesarem moneam.



## SCAENA SECUNDA

(*In hortō Brūtī. Māne ante lūcem.*)

Brūtus : (*sēcum loquitur.*) Quota est vigilia? Intellegere nōn possum quandō ventūra sit Aurōra. Caesar, ut mihi vidētur, rex fieri vult. Equidem nōn flocci faciō. Nam amicus mihi est, quem amō. Populus autem rēgēs semper ōdit. Sed quō modō eum prohibēbō? Num morte? Num amicus mihi interficiendus est? (*Intrat Cassius.*)

Cassius : Salvē, Brūte. Cūr mediā nocte in hortō ambulās?

Brūtus : Mēns mihi maximē turbātur.

Cassius : Nescis, Brūte, quālis sis. Nam omnēs dicunt tē tālem esse quālis rempublicam servāre possis, omnēs scīlicet nisi superbus ille Caesar.

Brūtus : Timeō nē Caesar rex fieri velit.

Cassius : Timēsne? Fortasse igitur eum rēgem fieri nōn vis?

Brūtus : Quamquam amicus mihi est, nōlō.

Cassius : Neque ego volō. Nōs omnēs haud minus liberī nātī sumus quam ille. Cūr igitur ab eō regēmur? Neque plūs neque minus quam nōs potest. Mortālis nātus est, sicut nōs. Ubi dis placuerit, sicut nōs moriētur.

Brūtus : Num tū quoque dē morte eius cōgitās?

Cassius : Quidnī? Haud dubium est quīn Caesar nōbīs interficiendus sit. Ecce adsunt quī nōbīs auxilium dent.

(*Intrant Metellus, Casca, Cinna.*)

Salvēte, amici.

Metellus, Casca, Cinna : Coniūrāvimus nōs Caesarem interfectūrōs esse.

Metellus : Idibus Martiis Caesarem interficiēmus.

Cassius : Ubi eum interficiēmus?



- Casca : In Capitōliō, prope statuatn Pompēiī. Hic enim supplicēs audire solet.
- Brūtus : (*sēcum*) Quis est hic Caesar, qui supplicēs audit, sicut rex?
- Cassius : Ubi tū stābis, Cinna ?
- Cinna : A sinistrā Caesaris stābō.
- Casca : Et ego ā dextrā.
- Cassius : Et quid erit signum necis ēius ?
- Metellus : Ego supplex Caesarem precābor ut frātrem meum, quem in exsilium expulit, revocet.
- Brūtus : Sed quid dē vulgō, quod Caesarem amat ?
- Cassius : Mōbile est vulgus. Sī Pompēium apud eōs laudāverimus, Caesaris celeriter obliviscentur.
- Brūtus : Et quid sī quis eum monuerit ?
- Cassius : Nēmō eum monēre potest ; namque nēmō dē coniūrātiōne nostrā audivit, nisi tū, Brūte. Et tū, quid crās faciēs ?
- Brūtus : Ego ? Ego vulnus mortiferum tyrannō inferam.

## SCAENA TERTIA

*(Idibus Martiīs. In Capitōliō, prope statuatn Pompēiī. Adsunt vātēs et vulgus maximum. Intrat Cassius.)*

- Cassius : (*cīvī cuiādam*) Salvē, amice. Quis es ?
- Cīvis Primus : Pistor sum.
- Cassius : Et tū, amice ?
- Cīvis Secundus : Medicus sum.
- Cassius : Medicumne dicis ? Quid hic facitis ?
- Cīvis Secundus : Nōlī irāscī, optime. Hūc advēnimus, ut Caesarem spectāre possēmus.
- Cassius : O lapidēs, qui nihil sentire potestis ! Cūr Caesarem spectāre vultis ? Num Caesar vōs amat ? Num Caesar vōbis umquam beneficium praebuit ? Quid dē Pompēiō illō, quem ōlim

tōtum diem expectābātis? Et nunc Caesarem spectāre vultis, quī Pompēium interfēcit.

*(Intrant Caesar, Brūtus, Metellus, Casca, Cinna, Senātōrēs.)*

Vātēs : Caesar ! Cavē, Caesar !

Caesar : Tacēte, omnēs. Quis mē vocat ?

Vātēs : Ego tē vocō. Adsunt Idūs Martiae, Caesar. Cavē, igitur.

Caesar : Quis es tū, senex ?

Vātēs : Vātēs sum, quī futūra videō.

Caesar : At ego Caesar sum, quī futūra faciō. Abdūcite senem, militēs. *(In sellā sedet prope statuam Pompēiī.)* Quis mē aliquid rogāre vult ?

Metellus : O Caesar optime maxime, mē ad pedēs tuōs iaciō.

Caesar : Nōlī, Metelle, sic mē precārī. Nōn sum deus.

Metellus : Precor tē, Caesar, ut frātre meum revocēs.

Brūtus : Ego quoque tē precor.

Cassius : Et ego.

Cinna : O Caesar . . .

*(Omnēs Caesarem gladiīs percutiunt. Ultimus percutit Brūtus.)*

Caesar : Et tū, Brūte !

Cinna : Liberātī sumus, amīcī ! Tyrannus mortuus est.

Cīvis Secundus : Ad arma, amīcī. Coniūrātī Caesarem nostrum necāvērunt.

*(In eō est ut bellum cīvile oriātur. Intrat Antōnius.)*

Antōnius : Tacēte, omnēs. Gladiōs repōnite. Sed quid videō? Num Caesarem mortuum? Quis ei tot vulnera intulit ?

Cīvis Primus : Brūtus.

Cīvis Secundus : Cassius.

Vulgus : Coniūrātī. Necēmus eōs omnēs ad ūnum.

Antōnius : Tacēte, Quiritēs. Caesar ipse mortuus vōs ut taceātis precātur. Fortasse, Brūte, tū quī tam



honestus es, Caesare necātō mē quoque interficere vīs. Fortasse autem, tot cīvibus praesentibus, mē interficere nōn audēs.

*(Exeunt coniūrātī.)*

Abite domum, amici. Postea apud vōs orātiōnem habēbō ; nunc autem cum Caesare sōlō, quamquam mortuō, loquī volō.

*(Exit vulgus.)*

O Caesar, veniam mihi dā, quī tam sērō advēnī. Hīc cecidit nōbilissimus homō quī umquam vixit. Sed aliī quoque cadent. Nam tantum bellum cīvile oriētur, tantum sanguinis effluet ut etiam mātres infantibus suis necātis rideant.

*(Intrant servi, quī cadāver Caesaris ē Capitōliō portant.)*

Sic mortis Caesaris coniūrātōs ulcīscar.



**PARS SECUNDA**  
**CARMINA LATINA**

## CARMINA LATINA

### ā Gāiō Valeriō Catullō scripta

Gāius Valerius Catullus ante Christum annō octōgēsimō quartō Verōnae nātus est. Pater ēius dīves erat, et Catullus, postquam togam virilem sumpsit, Rōmam migrāvit, ut inter iuvenēs quōsdam divitēs viveret. Hic vitam laetam et sēcūram agēbat, et inter amicōs Cicerōnem, Caesarem, Fabulum, Lesbiam numerābat. Mox autem frāter ēius mortuus est, Lesbia, quam vehementer amābat, eum dēseruit, ipse fortasse omnem pecūniam perdidit. Maestus igitur et pauper ad Bithŷniam prōvinciam abivit, ubi frātris sepulcrum vīdit, sed pauperior Rōmam rediit. Multa et pulchra et lepida carmina scripsit. Annō ante Christum quinquāgēsimō quartō mortuus est.

### 1

Cēnābis bene, mī Fabulle, apud mē  
 paucis, sī tibi dī favent, diēbus,  
 sī tēcum attuleris bonam atque magnam  
 cēnam, nōn sine candidā puellā  
 6 et vinō et sale et omnibus cachinnīs.  
 haec sī, inquam, attuleris, venuste noster,  
 cēnābis bene : nam tuī Catullī  
 plēnus sacculus est arāneārum.  
 sed contrā accipiēs merōs amōrēs  
 10 seu quid suāviūs ēlegantiusve est :  
 nam unguentum dabo, quod meae puellae  
 dōnārunt Venerēs Cupīdinēsque,  
 quod tū cum olfaciēs, deōs rogābis,  
 tōtum ut tē faciant, Fabulle, nāsum.

*Notā:* 2. “ favent tibi ” significat “ amant tē.”

4. “ candida ” significat “ pulchra.”

5. “ sal-salis (m) ” : In maris aquā salem invenimus sed nōn in aquā flūminum. Sī salem in cibum pōnis, cibus bene sapit ; sī salem, ut ita dicāmus, cum verbis miscēs, verba lepida et iocōsa fiunt.

“ cachinnus-ī (m) ” : Sī cachinnum tollis, magnā vōce rīdēs.

6. “ venustus-a-um ” significat “ is quī rēs pulchrās et lepidās amat.”

8. “ sacculus-ī (m) ” est parvus saccus, in quō pecūniam custōdimus.

“ arānea -ae (f) ” est quasi villa, quam parvum animal in angulis ex filis tenuissimis aedificat, ut muscās capiat.

9. “ merus-a-um ” : Vinum merum aquam nōn continet ; amor merus odium nōn continet. Catullus tam pauper est ut vinum merum amicis dare nōn possit. Dabit igitur merōs amōrēs.

10. “ suavis-is-e ” significat “ dulcis.”

11. “ unguentum-ī (n) ” : Rōmānī unguentum in corpus pōnēbant, quō bene olērent, nōs in capillōs.

12. “ dōnō-āre-āvi-ātus-ātūrus ” significat “ dō.”

“ dōnārunt ” significat “ dōnāvērunt.”

“ Venus ” erat dea amōris et “ Cupīdō ” filius ēius. “ Venerēs Cupīdinēsque ” significat “ omnēs deī amōris.”



## 2

Lūgēte, ō Venerēs Cupīdinēsque,  
 passer mortuus est meae puellae,  
 passer, dēliciae meae puellae,  
 quem plūs illa oculis suis amābat :  
 5 nam mellitus erat suamque nōrat  
 ipsam tam bene quam puella mātrem.  
 nec sēsē ā gremiō illius movēbat,  
 sed circumsiliēns modo hūc modo illūc  
 ad sōlam dominam usque pīpilābat.  
 10 quī nunc it per iter tenēbricōsum  
 illūc, unde negant redīre quemquam.  
 at vōbīs male sit, malae tenebrae  
 Orcī, quae omnia bella dēvorātis :  
 tam bellum mihi passerem abstulistis.  
 15 vae factum male ! vae miselle passer !  
 tuā nunc operā meae puellae  
 flendō turgidulī rubent ocellī.

- Notā :*
1. “ lūgēō-ēre-lūxī- — - — ” est contrārium  
“ rīdeō.”
  2. “ passer-eris (m) ” est parva avis, quae in urbibus  
habitat.
  5. “ mellitus-a-um ” significat “ dulcis, sicut mel.”  
“ nōrat ” est “ nōverat”, quod significat “ cog-  
nōverat.”
  6. “ suam ipsam ” significat “ dominam suam.”
  7. “ gremium-iī (n) ” : Puerulīs in māttris gremiō  
sedēre placet.
  8. “ circumsiliō-ire ” significat “ saliō circum.”  
“ modo hūc modo illūc ” significat “ nunc ad hunc  
locum, nunc ad illum.”
  9. “ usque ” hīc significat “ semper.”  
“ pīpilō-āre-āvī ” : Homō loquitur, passer pīpilat.

11. “ nōn quisquam ” significat “ nēmō.” Quid dicit poēta ille noster? Nōne “ that undiscovered country from whose bourn no traveller returns ”?
12. “ male sit vōbis ” : “ Utinam aliquid malī vōbis accidat.”
13. “ Orcus-ī (m) ” est locus ubi habitant mortuī.  
“ bellus-a-um ” significat “ pulcher”, sicut Gallicē.
15. “ vae ” significat “ ēheu ! ”  
“ misellus-a-um ” significat “ miser et parvus.”
16. “ tuā operā ” : Tū effēcistī ut rubērent ocelli.
17. “ fleō-ēre-flēvī-flētus-flētūrus ” significat “ lacrimō.”  
“ turgidulus-a-um ” significat “ turgidus et parvus.” Frōns, sī lapide pulsātur, turgidus fit.  
Oculi turgidī fiunt sī nimis lacrimāmus.  
“ rubeō-ēre-rubui- — ” significat “ ruber fiō.”  
Eheu ! omnia, ut vidētur, et passer et puella et oculi parvī sunt.

## 3

Disertissime Rōmulī nepōtum,  
quot sunt quotque fuēre, Marce Tullī,  
quotque post aliīs erunt in annīs,  
grātiās tibi maximās Catullus  
5 agit, pessimus omnium poēta,  
tantō pessimus omnium poēta  
quantō tū optīnus omnium patrōnus.

- Notā :* 1. “ disertus-a-um ” significat “ ēloquēns ” vel “ is quī bonās et longās ōrātiōnēs habet.”  
“ nepōtēs ” est contrārium “ māiōrēs.” Rōmulus erat primus rex Rōmānōrum. Itaque Rōmulī nepōtēs sunt Rōmānī.
2. “ fuēre ” : “ fuērunt ”, ut saepe dicunt poētae.  
“ Marce Tullī ” : Marcus Tullius Cicerō ōrātor.
  7. “ patrōnus-ī (m) ” : Is, quī lēgēs bene scit et causās apud praetōrem dīcit, patrōnus est.



## 4

Multās per gentēs et multa per aequora vectus  
 adveniō hās miserās, frāter, ad inferiās,  
 ut tē postrēmō dōnārem mūnere mortis  
 et mūtā nēquiquam alloquerer cinerem.  
 5 quandoquidem fortūna mihi tētē abstulit ipsum,  
 heu miser indignē frāter adempte mihi,  
 nunc tamen intereā haec priscō quae mōre parentum  
 trādita sunt tristī mūnere ad inferiās,  
 accipe frāternō multum mānantia flētū,  
 10 atque in perpetuum, frāter, avē atque valē.

- Notā :*
1. “ gēns-gentis (f) ” significat “ populus.”  
 “ aequor-oris (n) ” significat “ mare.”
  2. “ inferiae-ārum (f) ” : Inferiās alicuī damus ubi  
 cadāver eius sepelimus.
  3. “ mūnus-eris (n) ” hīc significat “ dōnum.”  
 “ dōnō tē mūnere ” significat “ dō tibi mūnus.”
  4. “ mūtus-a-um ” est is, quī loquī nōn potest.  
 “ cinis-cineris (f) ” : Id, quod relictum est postquam  
 ignem exstinximus, cinis est.
  5. “ quandoquidem ” significat “ quia ” vel “ cum.”
  6. “ adimō - ere - adēmī - ademetus - ūrus ” significat  
 “ auferō.”  
 “ indignē ” : Frāter indignē ademptus est quia  
 Catullus nōn meruit ut frāter auferretur.
  7. “ priscus-a-um ” significat “ antīquus.”
  8. “ trādō-ere-trādidī-trāditus-trāditūrus ” : Māiōrēs  
 nostrī bona et mōrēs suōs nōbīs trādidērunt.  
 “ mūnus ” in hōc versū significat nōn “ dōnum ” sed  
 “ id quod oportet nōs facere.”
  9. “ frāternus-a-um ” est adiectivum cūius nōmen est  
 “ frāter.”  
 “ mānō-āre-āvī ” : Lacrimae ex oculis lentē mānant.  
 “ flētus-ūs (m) ” significat “ lacrimae.”
  10. “ in perpetuum ” significat “ ad infīnitum.”  
 “ avē ” significat “ salvē.” Rōmānī sic mortuōs  
 salūtāre solēbant.



## 5

- Chommoda dicēbat, sī quandō commoda vellet  
dicere, et insidiās Arrius hīnsidiās,  
et tum mīrificē spērābat sē esse locūtum,  
cum quantum poterat dīxerat hīnsidiās.  
5 crēdō, sīc māter, sīc Līber avunculus ēius,  
sīc māternus avus dīxerat atque avia.  
hōc missō in Syriam requiērant omnibus aurēs :  
audībant eadem haec lēniter et leviter,  
nec sibi postillā metuēbant tālia verba,  
10 cum subitō adfertur nuntius horribilis,  
Ioniōs fluctūs, postquam illūc Arrius isset,  
iam nōn Ioniōs esse, sed Hioniōs.

- Notā :* 1. “ commodum-ī (n) ” est id quod mihi placet et ūtile est.  
“ sī quandō ” significat “ quāndocumque.”  
2. “ insidiae-ārum (f) ” : Hostēs in insidiis sē cēlant, ut nōs ex imprōvisō adgrediantur.  
3. “ mīrificē ” significat “ mīrābiliter.”  
4. “ quantum poterat dīxerat ” significat “ quam maximā vōce dīxerat.”  
5. “ avunculus-ī (m) ” est “ mātris frāter.”  
6. “ māternus avus ” est “ mātris pater.”  
“ avia-ae (f) ” est “ mātris vel patris māter.”  
7. “ requiēscō-ere-requiēvi- — -requiētūrus ” est contrārium “ expergīscor.” Quid significant litterae illae R.I.P. in sepulcris scriptae?  
“ omnibus aurēs ” significat “ omnium aurēs.”  
8. “ lēniter et leviter ” : parvā vōce et sine *h*.  
9. “ postillā ” significat “ postea.”  
“ metuō-ere-metui ” significat “ timeō.”  
10. “ nuntius-ī (m) ” significat “ is quī nōbīs expōnit quae in aliis locis acciderint.” In hōc versū, ut saepe, significat “ ea quae nuntiat.”  
“ horribilis-is-e ” : Sī quid horribile vidēmus, ita timēmus ut capillī in capite ērectī stent. Hīc autem nuntius aliō modō *h*-orribilis est.

## CARMINA LATINA

### ā Marcō Valeriō Martiāli scripta

Marcus Valerius Martiālis in Hispāniā annō post Christum quadrāgēsimō tertiō nātus est. Rōmam migrāvit ubi trīgintā quinque annōs manēbat. Satis dīves erat et imperātōrēs Rōmānī ei multōs honōrēs dedērunt. Plūrima carmina scripsit, quae omnia et parva et lepida sunt : nōnnulla multum salem continent. Haec carmina Epigrammata nōminantur. Tandem Rōmā in Hispāniam rediit ubi mortem obīvit.

#### 1

Nōn amo tē, Sabidī, nec possum dīcere quārē :  
hoc tantum possum dīcere : nōn amo tē.

#### 2

Iūrat capillōs esse, quōs ēmit, suōs  
Fabulla : numquid illa, Paule, pēierat ?

*Notā :* 1. “ iūrō-āre ” significat “ per deōs immortālēs dīcō.”  
2. “ numquid ” significat “ -ne? ”  
“ pēierō-āre ” significat “ iūrō id quod falsum est  
vērū esse.”

#### 3

Thāis habet nigrōs, niveōs Laecānia dentēs.  
Quae ratiō est ? Emptōs haec habet, illa suōs.

*Notā :* 1. “ niveus-a-um ” significat “ albus, sicut nix.”  
2. “ quae ratiō est? ” significat “ cūr? ”



## 4

- Issa est passere nēquior Catullī,  
 Issa est pūrior ōsculō columbae,  
 Issa est blandior omnibus puellis,  
 Issa est cārior Indicis lapillis,  
 5 Issa est dēliciae catella Publi.  
 hanc tū, sī queritur, loquī putābis ;  
 sentit tristitiamque gaudiumque,  
 collō nixa cubat capitque somnōs,  
 ut suspīria nulla sentiantur.  
 10 hanc, nē lux rapiat suprēma tōtam,  
 pictā Publius exprimit tabellā,  
 in quā tam similem vidēbis Issam,  
 ut sit tam similis sibī nec ipsa.  
 Issam dēnique pōne cum tabellā :  
 15 aut utramque putābis esse vērā,  
 aut utramque putābis esse pictā.

- Notā :* 1. “ nēquam-nēquam-nēquam ” significat “ malus.”  
 Comparātivus et Superlātivus modus—  
 “ nēquior-nēquissimus.”
2. “ columba-ae (f) ” est avis pācis, quae rārum  
 olivae ōre portat.
3. “ blandus-a-um ” : Blanda puella est ea, quae  
 efficit ut nōs eam amēmus.
4. “ cārus-a-um ” est contrārium “ vīlis.”  
 “ Indicī lapillī ” : Hī sunt parvī lapidēs et rubrī,  
 quī in Indiā inveniuntur. Cārissimī sunt.
5. “ catella-ae (f) ” significat “ parva canis.”
6. “ queror-ī-questus sum ” : Sī cēna mihi nōn placet,  
 mātī queror. Sī quid in dēversōriō mihi nōn  
 placet, caupōnī queror.
7. “ sentiō-īre-sēnsī-sēnsus-sēnsūrus ” significat “ in-  
 tellegō ea quae patior. Exemplī grātiā, sī quis  
 mē pulsat, dolōrem sentiō.  
 “ tristitia-ae (f) ” est nōmen cūius adiectivum est  
 “ tristis.”



- “ gaudium-ii (n) ” est contrarium “ tristitia.” Si gaudium sentiō, vel gaudeō, rideō. Quid faciō si tristitiam sentiō?
8. “ nitor-i-nixus sum ” : Senex, quī vix ambulāre potest, baculum portat, quō nītitur. Notā bene “ nitor ” cum Ablātivō Cāsū.
- “ cubō-āre-cubui- — -cubitūrus ” significat “ iaceō.” In cubiculō cubāmus.
9. “ suspīrium-ii (n) ” : Ubi tristī vōce dicimus “ ah ! ” suspīrium trahimus.
10. “ suprēmus-a-um ” significat “ ultimus.”  
“ suprēma lux ” hīc significat “ mors.”
11. “ pingō - ere - pinxi - pictus - pictūrus ” significat “ colōribus dēscribō.”  
“ tabella-ae (f) ” significat “ parva tabula.”  
“ pictā exprimō tabellā ” significat “ pingō.”
12. “ similis-is-e ” : Asinus equō similis est, sed longiōrēs habet aurēs. Nisi tū intellegis, tū asinō similis es.
13. Cui igitur similis est?
14. “ dēnique ” significat “ tandem.”

## 5

Cūr nōn mitto meōs tibi, Pontiliāne, libellōs ?  
Nē mihi tū mittās, Pontiliāne, tuōs.

## 6

Ohē, iam satis est, ohē, libelle,  
Iam pervēnimus usque ad umbilicōs . . .

*Notā :* 2. “ umbilicus-i (m) ” : Librī Rōmānī nōn similēs nostrīs erant, sed charta in baculō volvēbātur. Erat igitur volūmen. Hoc baculum umbilicus nōminātur. Rōmānus, dum legit, volūmen volvēbat, et ubi ad umbilicum vēnit librum iam perlēgit.

**PARS TERTIA**  
**EXERCITATIONES**





### Exercitātiōnēs 1 & 2

#### 1. Put into the Passive :—

- i. mittit, vēlō, tangitis, laudās, terrent, custōdimus, tollit, faciunt, capiō, sālās.
- ii. pulsābis, capient, mordēbō, iaciet, cruciābunt. reprehendet, caedētis, portābit, faciēmus, servābunt,
- iii. retinēbam, emēbant, omittēbās, liberābāmus, dētegēbat, vidēbātis, rapiēbant, vulnerābāmus, sepeliēbās, faciēbam.

#### 2. Give the Comparative and Superlative of :—

miser, facile, frigidus, multus, ferox, malus-lentus, magnopere, mirābilis, bene.

#### 3. Put into the Passive :—

- i. Discipulī magistrum nōn amant.
- ii. Pater mē saepe baculō longō pulsat.
- iii. Puerī librōs semper perdunt.
- iv. Magistri tē nōn pulsābunt.
- v. Cīvis nōs ad rēgem dūcet.
- vi. Num tria ōva cōsūmēs ?
- vii. Mūrum digitis sordidis tangēbant.
- viii. Vigil vōs ad carcerem mittēbat.
- ix. Medicus omnēs medicinā interficiēbat.
- x. Mediā nocte sōlem nōn vidēbis.

#### 4. Join the following sentences, using *antequam* :—

- i. Nāvem ascendit : Carthāginem nāvigāvit.
- ii. Mūs fūnem rōsit : fēlēs mūrem ēdit.
- iii. Decem ōva cōsumpsit : ex ventre labōrāvit.
- iv. Ad Circum Maximum ivērunt : Imperātōrem vidērunt.
- v. Tria mīlia passuum ambulāvērunt : fessī erant.

5. *Verte Latīnē* :—

we like eating, at five o'clock, to the ground, from Rome, the middle of the river, for ten miles, at length, nonetheless, to-day, on the right.

## 6. Give the Principal Parts of :—

tangō, iaciō, vulnerō, terreō, mittō, videō, sãnō, emō, aperiō, dō.

## 7. Give the Ablative Singular and the Accusative Plural of :—

ingēns animal, ille diēs, lux mǎior, dulce gaudium, manus sinistra, longus labor, canis saevus, deus immortālis, tristis nox, dolor maximus.

8. Put after *Videō* :—

- i. Rex in forō sedet.
- ii. Arborēs in silvā cadunt.
- iii. Capillī Marcī in capite crēscunt.
- iv. Flūmen inter ripās fluit.
- v. Lupus infantēs dēvorat.

### Exercitātiōnēs 3 & 4

## 1. Put into the Passive :—

- i. dēbuērunt, vulnerāvistī, sepelīvimus, laudāvī, tetigistis, custōdiit, cēpimus, fēcit, dēcerpsērunt, dedit.
- ii. numerāverimus, dederint, cōnsumpserit, dēcēperitis, perfēcerint, pulsāverō, ēmerit, expenderō, terruerimus, vendiderint.
- iii. frēgerat, sepelīverāmus, sustulerās, fēcera, cēperātis, exhauserat, perfēcera, sãnāverāmus, dēcēpera, tetigerātis.

## 2. Give the Present Infinitive Passive of :—

amō, mordeō, dūcō, videō, capiō, liberō, faciō, emō, audiō, caedō.



3. Put into the Passive :—

- i. Vigilēs fūrēs cēpērunt.
- ii. Cum canis mē viderit, mē mordēbit.
- iii. Antequam discipulum pulsāvit, magister eum cēperat.
- iv. Puerī lapidēs manibus sustulērunt.
- v. Marcus decem pōma cōsumpsit.
- vi. Caupō frūgēs ēmit.
- vii. Servus urnam ad magistrātum adportāvit.
- viii. Antequam gladiātor rētiārium necāvit, rētiārius gladiātōrem dēcēperat.
- ix. Baculum puerōs vehementer cecidit.
- x. Cum hunc librum recitāverō, aliam fābulam tibi narrābō.

4. Join the following sentences, using *cum* :—

- i. Ad lūdum veniēmus : pēnsu magistrō dabimus.
- ii. Iussa perficiam : in sellā sedēbō.
- iii. Pseudolus ad forum adveniet : cīvēs dēcipiet.
- iv. Cīvēs medicīnam bibent : nōn sānābuntur.
- v. Medicus ā cīvibus fugābitur : maestus erit.

5. *Verte Latīnē* :—

at once, recently, for ten hours, in the middle of the night, do not shout (pl.), behind the tree, partly, to what place ?, bravely, in fact.

6. Give the Principal Parts of :—

vulnerō, frangō, mordeō, dūcō, eō, tollō, iaceō, sepeliō, dicō, mittō.

7. Give the Genitive Singular and the Nominative Plural of :—

magister inimicus, dives quidam, clāmor horribilis, baculum breve, urbs nostra, māior pars, diēs longus, medicīna optima, pānis coctus, hoc dēversōrium.



*Aliter Latīnē :—*

- i. Oportet discipulōs magistris pārēre.
- ii. Sextus altior est quam Octāvus.
- iii. Haec medicīna mihi nōn placet.
- iv. Digitī tuī sordidiōrēs sunt quam digitī mei.
- v. Ad cubiculum ire pueris nōn placet.

### **Exercitātiōnēs 5**

1. Put into (*a*) the Future, (*b*) the Imperfect, and (*c*) the Perfect :—  
 opīnāris, sequitur, prōgrediuntur, suspicāmur, regrederis, expergīscor, comitāminī, proficīscuntur, mīror, colloqueris.
2. Give the other Degrees of Comparison of :—  
 longissimē, facilior, magis, optimus, malus, callidior, minus, multus, celeriter, dīves.
3. Put into the Passive :—  
  - i. Sī pater tē cēperit, tē baculō longō pulsābit.
  - ii. Cum vigilēs nōs viderint, nōs ad carcerem dūcent.
  - iii. Sī piscēs captāverimus, eōs domum comportābimus.
  - iv. Sī comitēs mē viderint, mē in flūmen iacent.
  - v. Antequam mē sepelivērunt, cadāver meum ad sepulcrum portāverant.
  - vi. Antequam porculum cēpī, porculum diū fugāveram.
  - vii. Leō duōs Christiānōs paene ēderat, antequam custōdēs eum interfēcērunt.
  - viii. Pseudolum nōn viderātis, antequam hunc librum accēpistis.
  - ix. Magister tē manibus rapuerat, antequam tē iugulāvit.
  - x. Cum hās sententiās scripserō, librum claudam.
4. Join the following sentences, using *quī-quae-quod* :—  
  - i. Pseudolus cōnsilia semper capit : Pseudolus aliōs dēcipere vult.

- ii. Pseudolus ad dēversōrium prōgressus est : in dēversōriō cōnsēdit.
- iii. Pseudolus duōs aliōs fūrēs comitābātur : ā fūribus mirābilia somnia vīsa sunt.
- iv. Medicus medicīnam cīvibus vendit : medicīnam mirantur.
- v. Pseudolus celeriter hinc profectus est : Pseudolum medicus secūtus erat.

5. *Verte Latīnē* :—

almost, not enough wine, the other, in the rear, for four nights, without doubt, in my opinion, as many as possible, near the bridge, by now.

6. Give the Principal Parts of :—

videor, cōsistō, expergiscor, interficiō, sum, occidō, comitor, iubeō, regredior, volō.

7. Give the Dative Singular and the Genitive Plural of :—

puer optimus, somnium mirābile, summus mōns, ille magistrātus, callidius cōnsilium, comes noster, magister stultissimus, senex benignus, ingēns bōs, omne litus.

8. *Quid est contrārium* ? :—

- pāreō, numquam, ultimus, lacrimō, niger, lentus, expergiscor, nox, mare, pater.

### Exercitātiōnēs 6

1. Put into (a) the Perfect, (b) the Future Perfect, and (c) the Pluperfect :—

- i. aedificās, cōgō, cognōscunt, discitis, condit, auferimus, exit, possunt, sonat, expōnō.
- ii. sequimur, mentiris, venditur, interficimini, franguntur, iūror, moritur, colliguntur, cēlāris, mittimini.



2. Give the Present Imperative Singular of :—

exeō, effundō, expergiscor, incipiō, comitor, parcō,  
regredior, iubeō, quaerō, trahō.

3. Put into the Active :—

- i. A mātrem meā semper fovēbar.
- ii. A quō magister noster interficiētur ?
- iii. Remus ā Rōmulō gladiō necātus est.
- iv. Gemini ā lupā lambēbantur.
- v. Numitor ab Amūliō ex agris suis expulsus erat.
- vi. Fructūs ā latrōne manibus dēcerpti sunt.
- vii. Omnis pecūnia ā fūre ablāta erat.
- viii. Cum omnis cibus ā nōbis cōsumptus erit, mūrēs edentur.
- ix. Postquam ovēs ā pāstōre coctae sunt, pāstor ā rēge reprehēnsus est.
- x. Sī captivus ā vōbis interfectus erit, haec vōbis ā mē dabuntur.

4. *Aliter Latīnē* :—

- i. Anulum capere nōlō.
- ii. Necesse est nōbis māne proficisci.
- iii. Hīc est liber Marcī et Marcī digitī sordidī sunt.
- iv. Cibus edam et ad cubiculum ibō.
- v. Carthāginem nāvigāvimus. Dēinde Rōmam regressi sumus.

5. *Verte Latīnē* :—

I need money, through the sky, at five o'clock, both old men, one by one, 22nd May, scarcely, surely not ?, at the same time, over my head.

6. Give the Principal Parts of :—

mentior, expōnō, fugō, agō, expellō, auferō, prōgredior,  
mорий, ēducō, inveniō.



7. Give the Accusative Singular and the Dative Plural of :—  
aliud prōdigium, magna vox, longum iter, pāstor  
pessimus, uxor mea, ovis nigra, dēns albus, frāter māior,  
locus dēsertus, breve tempus.
8. What do the following words come from ? :—  
sublātus, fierī, reprehēnsus, mūrō, volātis, eris, faciem, ī,  
experrectus, plūs.

### Exercitātiōnēs 7 & 8

1. Put into the Present Subjunctive :—  
surgunt, amās, dicit, capimus, potestis, vīs, abeunt, ōrō,  
facis, respondētis, venit, imperant, dūcimus, audīs,  
purgat, nōn vult, dēpōnimus, iacitis, sepelīmus, eō.
2. Put into the Imperfect Subjunctive :—  
tangō, cantant, frangitis, tacēs, tollimus, perdit,  
scribunt, sumus, expellis, volumus, facimus, iacētis,  
exclāmat, complent, dēbeō, quaeritis, invenit, agimus,  
sinitis, lavant.
3. *Aliter Latīnē* :—  
i. Pater filium tacēre iubet.  
ii. Pater filium tacēre iussit.  
iii. Servum urnam aquā complēre iubēbō.  
iv. Magister puerōs pēnsū scribere iussit.  
v. Frāter mē librum suum tangere vetat.  
vi. Magistri semper nōs festināre iubent.  
vii. Vigil fūrēs pecūniam dēpōnere iubēbit.  
viii. Māter mē domō exire vetat.  
ix. Imperātor milītēs fortiter pugnāre iussit.  
x. Senex puerōs saxa per fenestrās iacere vetuit.
4. Put into the Passive :—  
i. Tirō scūtum polit.  
ii. Pistor pānēm optimē coxit.  
iii. Puerī saxa in flūmen iaciēbant.

iv. Androclus leōnī auxilium dederat.

v. Quintus tunicam magistrī abstulit.

5. *Verte Latīnē* :—

on the ground, early, as big as possible, for ten years,  
I myself, 15th October, in the rear, a little money,  
across the river, for nothing.

6. Give the Principal Parts of :—

accipiō, irāscor, festinō, taceō, precor, abeō, mōnstrō,  
compleō, sinō, mīror.

7. Give the Genitive Singular and the Accusative Plural of :—

scūtum grave, dominus dives, venter ēsuriēns, pīlum  
longum, pistor stultissimus, villa minor, iuvenis  
callidus, ovis alba, genū dextrum, manus sordida.

8. Put into the Past :—

- i. Mīles cīvibus imperat ut domum redeant.
- ii. Servō imperābō ut tunicam meam lavet.
- iii. Canibus imperant ut prope foculum iaceant.
- iv. Dominus gubernātōrī imperat ut nāvem bene  
gubernet.
- v. Agricola servō imperat ut vaccās sequātur.

### Exercitātiōnēs 9 & 10

1. Put into (a) the Present and (b) the Imperfect Subjunctive:—

- i. nuntiās, iacent, sinitis, cōspiciō, cōservat, ineunt,  
adestis, māvult, comprehendimus, fit.
- ii. cōnantur, mittimur, laudāris, ēgrediminī, adipiscitur,  
reportor, colloquiminī, prōgrediuntur, reprehenderis,  
custōdimur.

2. Give the Infinitive Active and Passive of :—

expellō, videō, prōmittō, faciō, caedō.

3. Join the following sentences using *ut* or *nē* :—

- i. Magister baculum rapit : puerōs caedit.
- ii. Discipulus festināvit : sērō ad ludum nōn vēnit.



- iii. Agricolaē bovēs habent : bovēs arātrum trahunt.
- iv. Anus ad rēgem vēnit : librōs eī vendidit.
- v. Medicus civēs dēcipit : pecūniam adipiscitur.
- vi. Militēs scūta gerēbant : contrā pīla hostium sē dēfendēbant.
- vii. A magistrō in lūdō retentus es : pulsātus es.
- viii. Exercitus fortiter pugnat : ab hostibus nōn vincitur.
- ix. Māne proficiscēris : quam celerrimē Ostiam perveniēs.
- x. Pāstōrēs ovēs custōdiunt : latrōnēs eās nōn fūrantur.

4. Put into the Active :—

- i. Pistor ā Pseudolō facile dēceptus est.
- ii. Māior urbs ā Rōmulō et Remō condēbātur.
- iii. Hostēs ā militibus Rōmānīs gladiīs pīlisque vulnerātī sunt.
- iv. Rēgnū Numitōris ab Amūliō ablātum erat.
- v. Ambō fūrēs somniīs mirābilibus perterritī sunt.

5. *Verte Latīnē* :—

in silence, after he died, not long afterwards, in that place, 4th April, how wonderful !, at Carthage, in the third year, we need a plan, enough bread.

6. Give the Principal Parts of :—

liberō, exhaustiō, opīnor, cōspiciō, proficiscor, cognōscō, cōgō, dēpōnō, cōspiciō, trahō.

7. Give the Ablative Singular and the Genitive Plural of :—

rex superbus, mare profundum, lacus ingēns, cōnsilium callidius, senex quīdam, mēns sāna, miles audax, urbs clārissima, bōs ūtilis, haec rēs.

8. Put into the Past :—

- i. Rōmam iter faciō ut patrem videam.
- ii. Discipulī magistrum ōrant nē pēsum sibi det.
- iii. Dominus servīs imperat ut villam purgent.
- iv. Fugiunt nē ā feris interficiantur.
- v. Puerī tacent nē pater irāscātur.



## Exercitātiōnēs 11 & 12

1. Put into (a) the Present and (b) the Imperfect Subjunctive :—

- i. capit, pulsant, venitis, dās, accēdimus, placet, extrūdō, respīrat, vult, exīmus.
- ii. sequiminī, tanguntur, moreris, aperitur, velleris, trucidor, prōgreditur, fertur, vetāmur, fallitur.

2. Put into the Past :—

- i. Dominus servis imperat ut frūgēs adportent.
- ii. Fūrēs villam intrant, ut pecūniam auferant.
- iii. Iānitor iānuam aperit, ut discipulōs malōs extrūdat.
- iv. Servus puerum comitātur, nē puer in viīs lūdat.
- v. Oportet tē statim expergiscī, nē ad lūdum sērō perveniās.

3. *Aliter Latīnē* :—

- i. Agricola ad forum ivit, ut porcum emeret.
- ii. Magister ad lūdum venit, ut discipulōs doceat.
- iii. Poēta in tablinum ivit, ut carmina scriberet.
- iv. Sellam habēs, ut sedeās.
- v. Rōmam vēnimus, ut imperātōrem vidērēmus.
- vi. Quartā hōrā ē lūdō ēgrediēmur, ut respīrēmus.
- vii. Puerī saepenumērō mentiuntur, ut magistrōs fallant.
- viii. Miles scūtum fert, ut corpus dēfendat.
- ix. Quis mē ad Circum Maximum comitābitur, ut gladiātōrēs spectēmus?
- x. Edimus ut vivāmus ; nōn vivimus ut edāmus.

4. *Explicā Latīnē* :—

amicus, accēdō, pauper, vestibulum, carmen, mentior, quaerō, iānitor, fūr, piscis.

5. *Verte Latīnē* :—

often, a few years later, after that, however, in a hoarse voice, we believe you, the man himself, I don't care a brass button for schoolmasters, another book, the other door.

6. Give the Principal Parts of :—

fallō, tangō, mordeō, prōgredior, mittō, tollō, comitor, sinō, vetō, faciō.

7. Give the Dative Singular and Nominative Plural of :—

carmen lepidum, poēta clārus, vox rauca, tantus fragor, hostis crūdēlis, flūmen altius, alter magistrātus, servus impudēns, sinistrum cornū, comes fidēlis.

8. *Aliter Latīnē* :—

- i. Oportet puerōs pauca edere.
- ii. Māter mē iussit hoc mālum ad tē portāre.
- iii. Nōn placet magistrīs fragōrem audire.
- iv. Fraxinus altior est quam abiēs.
- v. Crās necesse erit mihi Ostiam ire.

### Exercitātiōnēs 13 & 14

1. Put into (a) the Future, (b) the Imperfect, (c) the Perfect, and (d) the Future Perfect Indicative Active :—

dēbet, compōnunt, dēlectāmus, fugis, āmittitis.

Put into (a) the Future, (b) the Imperfect, (c) the Perfect, and (d) the Pluperfect Indicative Passive :—

emit, dēmōnstrant, retrahō, rogātis, faciunt.

2. Put into the Past :—

- i. Imperātor militibus imperat ut impetum celerius faciant.
- ii. Dominus servis imperat nē sordidās vestēs gerant.
- iii. Marcus amicōs vocat, ut lepidum librum eis mōnstret.



iv. Senex baculum dextrā portat, nē in viīs cadat.

v. Agricola in agrum festinat vaccae mulgendae causā.

3. *Aliter Latīnē* (using the Gerundive) :—

i. Oportet sūtōrem calceōs suere.

ii. Necesse est mihi amicōs invenīre.

iii. Oportet puerōs pedēs lavāre.

iv. Nōn dēbēs librōs quaerere.

v. Dēbēmus celeriter ē lectō surgere.

vi. Nōn oportet discipulōs crētā iacere.

vii. Gladiātor scūtum polīre dēbet.

viii. Nōn oportet canēs ossa cōsūmere.

ix. Oportet cīvēs magistrātūs plaudere.

x. Necesse est exercitui ex urbe proficīscī.

4. *Explicā Latīnē* :—

timor, caupō, cārus, vetō, asinus, vehementer, pōmum,  
rē vērā, fragor, fallō.

5. *Verte Latīnē* :—

at Rome, while we were sleeping, at three o'clock,  
15th March, to Carthage, for four miles, do not talk,  
I like sitting down, you (pl.) do not want to eat, every  
boy.

6. Give the Principal Parts of :—

adipīscor, respondeō, indūcō, sinō, morior, nāscor,  
expellō, suspicor, tollō.

7. Give the Genitive Singular and the Dative Plural of :—

opus, is, ūnus, quaedam, diēs, alterum, bōs, exercitus,  
senex, pignus.

8. *Aliter Latīnē* :—

i. Vīnum bibō, quō timōrem expellam.

ii. Caupōnī pignus dare dēbēs.

iii. Calceī aptī mihi emendī sunt.

iv. Puellae cāriōrēs sunt puerīs.

v. Virum asinum pulsāre vetuī.



### Exercitātiōnēs 15

1. Put into (*a*) the Future, (*b*) the Imperfect, (*c*) the Perfect, and (*d*) the Pluperfect Indicative :—  
obsident, potest, vincō, vastāmus, audent, trānsitis, proficisceris, morior, patiuntur, suspicātur.
2. Put into (*a*) the Present, (*b*) the Imperfect Subjunctive :—  
i. tangit, conciliātis, volumus, iubeō, iacimus, iacēmus, frangis, stātis, claudit, turbō.  
ii. sequitur, expergiscimur, morimur, prōgredimini, comitor, adipisceris, precantur, ēgredimur, opīnāris, proficiscor.
3. Put into the Past :—  
i. Lictor cīvibus imperat nē clāmōrem faciant.  
ii. Cōsul scribam mittit, quī librum adportet.  
iii. Orō tē ut pācem cum hostibus compōnās.  
iv. Māter filiō frustrā imperat ut cibum celerius edat.  
v. Rōmam imus ut senātōrēs videamus.
4. *Aliter Latīnē* (using the Gerundive) :—  
i. Cōsul prope āram stābat, ut bovem sacrificāret.  
ii. Ordinēs servāmus, quō melius pugnēmus.  
iii. Necesse erit legiōnī castra dēfendere.  
iv. Nōn oportet tē urbem obsidēre.  
v. Dēbuimus equōs vendere, ut vaccam emerēmus.
5. *Verte Latīnē* :—  
in the middle of the night, I do not like swimming,  
21st June, at home, for ten miles, in vain, early in the  
morning, from what place ?, the top of the mountain,  
as soon as.
6. Give the Principal Parts of :—  
dēliberō, fallō, vetō, vellō, audeō, noceō, sonō, vendō,  
obstō, cadō.

7. Give the Ablative Singular and the Accusative Plural of :—

āra alta, magnum animal, anus nōbilis, longum iter,  
saevus canis, dextrum genū, hīc exercitus, minor  
clādēs, clārum cognōmen, rēgālis honōs.

8. *Aliter Latīnē* :—

- i. explōrābō, vetābis, iubēbit, mittētis, vidēbunt.
- ii. sacrificātūrī sumus, factūrus es, ventūrī sunt,  
abitūrus est, acceptūrus sum.

### Exercitātiōnēs 16 & 17

1. Put into (a) the Future, (b) the Imperfect, and (c) the Perfect :—

- i. exeunt, legō, servat, indūcimus, vis, accipitis,  
mittunt, tacēs, discimus, potest.
- ii. cōnāminī, pōnitur, vincimur, retinēris, inveniuntur,  
ūteris, morior, vastātur, obsidentur, expelleris.

2. Put into the Infinitive :—

eō, reveniam, cēpī, ferar, victus sum, tangor, retinēbō,  
possum, caedor, vulnerābor.

3. Put after (a) *Dīcit* or *Negat* and (b) *Dīxit* or *Negāvit* :—

- i. Marcus mātrem ōsculat.
- ii. Avus ēius omne aurum āmisit.
- iii. Magister nōs in lūdō aliquamdiū retinēbit.
- iv. Illō stilō nōn ūtar.
- v. Trēs librī ā Sibyllā in foculō ustī sunt.
- vi. Plūra carmina legere nōn possum.
- vii. Perseus virginēs pulcherrimās ē periculō servāvit.
- viii. In nāve Cūmis praeter Carthāginem nāvigābit.
- ix. Duodecim ōva tribus sestertiis emam.
- x. Porcum edere nōlō.



4. *Aliter Latīnē* :—

- i. Rōmānī vigilēs habēbant, ut fūrēs comprehenderent.
- ii. Dēbēmus pēnsū bene scribere.
- iii. Rex imperāvit servō nē peccāret.
- iv. Rōmam vēnērunt urbis explōrandae causā.
- v. Oportuit militēs fortiter pugnāre.

5. *Verte Latīnē* :—

for a short time, I have in mind, in the camp, 19th October, in my opinion, what sort of a book?, ten thousand soldiers, I have a pain in my head, while the old woman was sleeping, from home.

6. Give the Principal Parts of :—

peccō, caedō, auferō, crēdō, currō, putō, respondeō, fugiō, spērō, adipiscor.

7. Give the Dative Singular and the Genitive Plural of :—

populus liber, auris sinistra, imus mōns, senex fessus, habitus rēgālis, pondus grave, discipulus loquax, diēs tristis, bōs insānus, pēnsū difficile.

8. Put after *Spērō* :—

- i. Magister latebrās meās nōn inveniet.
- ii. Mūcius Scaevola regem interficiet.
- iii. Militēs hostēs gladiis necābunt.
- iv. Porcus multum cibum cōsūmet.
- v. Cōsulēs omnia populō Rōmānō nōn dabunt.

### Exercitātiōnēs 18 & 19

1. Put into (a) the Present and (b) the Imperfect Subjunctive :—

- i. dicunt, rogās, mordeō, absunt, docet, servāmus, perlegit, tacētis, auferō, nāvigās.
- ii. videor, pulsātur, franguntur, proficisceris, minor, caedimini, venditur, patimur, fit, sepelior.

2. Give (a) the Present and (b) the Perfect Infinitive Passive of :—

regō, vetō, mittō, faciō, teneō.



3. Put after (a) *Rogat* and (b) *Rogāvit* :—

- i. Quis librum nōn habet ?
- ii. Cūr mēcum ad tabernam nōn venīs ?
- iii. Quādo rēgem in forō sedentem vīdistī ?
- iv. Quō cōnsiliō surrēxistis ?
- v. Quot dēnāriōs adhūc sūtōrī dedistī ?
- vi. Narrābuntne fābulam dē viātōre ?
- vii. Quotā hōrā expergiscētur ?
- viii. Num ad Circum Maximum hodiē ambulābitis ?
- ix. Unde ad hanc urbem proficīscuntur ?
- x. Quālia onera in umeris portātis ?

4. *Verte in Orātiōnem Rectam* :—

- i. Marcus sē parentibus pecūniam datūrum esse dixit.
- ii. Negāmus centuriōnem nōbis stipendia distribuisse.
- iii. Hunc montem altissimum omnium esse opīnor.
- iv. Fēminae dicunt sē fortiōrēs esse quam puerōs.
- v. Scīmus Quintum dormiēndi causā domī mānsisse.

5. *Verte Latīnē* :—

to this place, not enough food, the bottom of the river, the Roman camp, each soldier, two miles, three years old, whatever I see, to what place ?, do not run.

## 6. Give the Principal Parts of :—

inveniō, tangō, coepī, prōgredior, emō, cōsūmō, cōnor, lūdō, accipiō, obstō.

## 7. Give the Ablative Singular and the Accusative Plural of :—

longum iter, rēs difficilis, puer importūnus, rāna celeris, ferox animal, dextrum genū, pater benignus, fābula tristior, ingēns mōns, scriba sēcūrus.

## 8. Put into the Past :—

- i. Festinō quō celerius in agrōs veniam.
- ii. Aliquis semper mē rogat cūr alveum portem.
- iii. Māter patrī imperat nē nimis vīnī bibat.
- iv. Frāter meus mē fidēlem esse putat.
- v. Miles māne expergiscitur montis ascendendi causā.

## Exercitātiōnēs 20 & 21

### 1. Put into the Passive :—

- i. audit, pulsābis, scripsērunt, custōdiētis, abstulerint, amāverāmus, vicērunt, arcessō, faciēbat, incendi.
- ii. emat, retinueris, frangerent, dīmittāmus, aperīret, excitāvissem, interficiāmus, monuerint, nōminēmus, tetigeritis.

### 2. Give the Present Imperative Singular and Plural of :—

tangō, nōlō, loquor, dīcō, eō.

### 3. Put after (a) *Dīcit* and (b) *Dīxit* :—

- i. Rex, quī irātus est, servōs necārī iubet.
- ii. Fīlius, quī cēnam nōn edit, a mātrem pulsātur.
- iii. Marcus, quī herī aberat, ex ventre labōrāvit.
- iv. Antequam cinerēs invēnērunt, villam sēcrētō incenderat.
- v. Poēta, quī carmina male scrībit, ā nullō amātur.
- vi. In ātrium ibō, ubi pater versiculōs suōs recitābit.
- vii. Vigil fūrem, quī pecūniam abstulerat, in carcerem dūxit.
- viii. Eī, quī interfectī sunt, hostēs erant.
- ix. Perseus, postquam galeam mirābilem induit, ēvānuīt.
- x. Quia nihil frūmentī in urbe inest, cīvēs cōsulēs pācem compōnere iubēbunt.

### 4. *Verte in Orātiōnem Rectam* :—

- i. Adfirmāvit sē multās hōrās natāvisse.
- ii. Negat Marcum, quī mortuus sit, sepeliendum esse.
- iii. Dixērunt exercitum, quem cōsul ē castris ēdūxisset, ab hostibus victum iri.
- iv. Rogābō num discipulī hanc fābulam lēgerint.
- v. Negāvit medicum, quī ipse aegrōtāret, aliōs aegrōtōs sārare posse.



5. *Verte Latīnē* :—

at what time ?, in the middle of the night, for a short while, 14th May, we are certain, at Carthage, twelve feet long, they must not talk, as quickly as possible, on the ground.

## 6. Give the Principal Parts of :—

cōnor, currō, concurrō, sum, ūrō, obeō, cōgō, compōnō, iubeō, precor.

## 7. Give the Genitive Singular and the Nominative Plural of :—

vīta brevis, corpus īsānābile, magister pessimus, ōs apertum, aurīga praeclārus, nauta laetior, cadāver ingēns, hostis crūdēlis, diēs longus, mīles celer.

8. *Quid est contrārium* ?

iubeō, bōs, senex, doceō, redeō, frāter, rīdeō, rex, summus-a-um, fugiō.

**Exercitātiōnēs 22**

## 1. Put into (a) the Present and (b) the Perfect Subjunctive Active :—

prōdit, movent, resistimus, serviō, sēcēdunt, clāmās, canit, saevītis, inrumpunt, reddō.

## 2. Put into (a) the Imperfect and (b) the Pluperfect Subjunctive Passive :—

servant, repellitis, creāmus, stringit, capiō, terrēmus, expugnat, claudit, cognōscō, cōgitis.

3. Put after (a) *Dīcit* or *Negat* and (b) *Dīxit* or *Negāvit* :—

- i. Plebs, quam nōn amō, sēcēdet.
- ii. Hostēs, quī penātēs abstulērunt, ultus sum.
- iii. Dux, quippe quī vir fidēlissimus esset, patriam nōn prōdidit.
- iv. Mulierēs, quia famē moriēbantur, clāmābant.
- v. Pīlum, quō ūtor, movēre nōn dēbēs.



4. *Alter Latīnē*, using *quī* for *ut* where possible :—

- i. Cōsul ōrātiōnem habēbat reipublicae servandae causā.
- ii. Virum quaerimus, cōsulis creandī causā.
- iii. Gladiōs strinxērunt hostium interficiendōrum causā.
- iv. Corpus ad rogum portāvērunt incendendī causā.
- v. In urbem inrumpimus ad cīvēs terrendōs.

5. *Verte Latīnē* :—

let him come, there is no doubt that she is mad, a few men, they made a speech, 7th April, look !, they don't like walking, only, not only . . . but also.

6. Give the Principal Parts of :—

servō, serviō, ulcīscor, ōdī, repellō, ērumpō, resistō, abscidō, caedō, cadō.

7. Give the Ablative Singular and the Dative Plural of :—

vir fortis, dux praeclārus, antīqua rēspública, plebs fidēlis, saeva famēs, mulier optima, ira gravis, ōrātiō pulchra, ferox impetus, alta arbor.

8. Use the following in sentences :—

cēna, bibō, collum, crēscō, dēfendō, dūrus, diū, fōns, prōditor, audācia.

### Exercitātiōnēs 23 & 24

1. Put into the Passive :—

- i. audīvit, induunt, dūxeris, inveniētis, convocāvērunt, viderāmus, colit, pulsāverint, interfēcistī, monet.
- ii. mordeam, distribuerent, necētis, iussissēmus, fēcerit, pōnerēs, abiēcisset, rogārēs, frēgerint, amem.

2. Give the Present Imperative Passive, Singular and Plural of :—

excitō, vertō, sepeliō, moneō, dūcō.

3. *Aliter Latīnē* (a) with *cum* and (b) with an Ablative Absolute :—

- i. Postquam hostēs vidērunt, militēs impetum fēcērunt.
- ii. Postquam cistam cēpit, fūr celeriter ē villā fūgit.
- iii. Postquam iānuam aperuit, magister discipulōs dīmisit.
- iv. Postquam castra hostium incendērunt, Rōmāni domum regressi sunt.
- v. Postquam iānitōrem excitāvi, villam intrāvi.
- vi. Postquam frātre mortuum salūtāvit, Catullus ex Asiā ad Italiam rediit.
- vii. Postquam cēnam cōsumpsī, nōn ēsuriēbam.
- viii. Postquam carmen scripsit, poēta hiāvit.
- ix. Postquam Gallōs vicit, Caesar flūmen Rubicōnem trānsiit.
- x. Postquam calceōs vendidit, sūtor tabernam clausit.

4. Put after *Certiōrēm mē fēcit* :—

- i. Omnēs divitēs opēs habent.
- ii. Senex, quī testāmentum scripsit, moriētur.
- iii. Marcus, quamquam frūgibus fruitur, ex ventre labōrābit.
- iv. Puer, quī librum magistri abstulit, ā magistrō pulsābitur.
- v. Oportet discipulōs domum reverti.

5. *Verte Latīnē* :—

without delay, against the enemy, how many are we ?, three hundred cities, nineteen years old, before midday, he is about to die, what sort of a book? the one . . . the other, they made me do this.

6. Give the Principal Parts of :—

maneō, tollō, revertor, fruor, audeō, sonō, vincō, morior, adsum, gerō.



7. Give the Dative Singular and the Genitive Plural of :—  
 magister sapiēns, gradus longus, puer pius, tōtum  
 corpus, vir audax, omnis rēspública, animal māius, bōs  
 ingēns, folium tenue, senex miser.
8. Give the Comparative and Superlative of :—  
 dulcis, parvus, audācter, celer, male.

### Exercitātiōnēs 25 & 26

1. Put into the Subjunctive :—  
 i. capit, redībant, vīdistī, lūgēbam, pulsātis, aperuērunt,  
 miserāmus, fuit, volēbās, aderātis.  
 ii. tenēris, ductī estis, moriēbar, prōgrediminī, cōn-  
 sumpta erant, numerātur, vidēbāmur, dēcipimur,  
 vectī sunt, agnōscimur.
2. Give the Present, Perfect, and Future Infinitives, Active  
 and Passive of :—  
 videō, impōnō, vincō, tangō, mōnstrō, immergō, ferō,  
 inveniō, faciō, mittō.
3. *Aliter Latīnē* :—  
 i. Dum fūrēs fūrtum faciunt, cīvēs dormiunt.  
 ii. Magistrō Marcum reprehendente, omnēs aliī discipulī  
 rident.  
 iii. Dum gladiātōrēs inter sē pugnant, spectātōrēs  
 exclāmant.  
 iv. Dum lūna lūcet, Pýramus et Thisbē conveniunt.  
 v. Magistrō discipulōs in fēriās dīmittente, Sērius  
 loquēbātur.  
 vi. Dum vigil villam custōdit, fūr appropinquāre nōn  
 potest.  
 vii. Fēle absente, mūrēs lūdunt.  
 viii. Dum legō, nōlī sonitum facere.



- ix. Dum pueri lūdunt, māter cibum coxit.  
 x. Hostibus appropinquantibus, cōsul exercitum col-  
 lēgit.
4. Put after (a) *Pater rogat* and (b) *Pater rogāvit* :—  
 i. Cūr sērō experrectī sumus ?  
 ii. Quandō cibum cōsūmēmus ?  
